+QK92
.W4


THE • NEW • YORK • BOTANICAL • GARDEN
PRO SCIENTIA SALUTE POPULIQUE
1891
LIBRARY

GENERA PLANTARUM

CUM

CHARACTERIBUS SUIS ESSENTIALIBUS

ET

NATURALIBUS,

QUÆ

AD FACILIUS ASSEQUENDAM EARUM NOTITIAM

SECUNDUM

COROLLÆ LIMBUM

ORDINAVIT, ET EDIDIT

JACOBUS WERNISCHEK,

MEDIC. DOCT.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

VIENNÆ AUSTRIÆ,

E TYPOGRAPHEO KALIWODIANO.

M. DCC. LXIII.

+QK92
.W4

Medicus NOTITIA PLANTÆ deſtitutus de viribus ejusdem nunquam juſte judicabit.
Cum Linnæo Mater. Med. Canon. 13.

SERENISSIMO

PRINCIPI,

DOMINO, DOMINO

JOSEPHO

AUSTRIÆ

ARCHIDUCI,

CORONÆ HUNGARIÆ

&c. &c.

PRINCIPI

HÆREDITARIO,

DOMINO, DOMINO

BENIGNISSIMO

CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME
PRINCEPS!
DOMINE, DOMINE
BENIGNISSIME, CLEMENTISSIME!

Benignitas SERENISSIME PRINCEPS! *quam in me* TUAM *apud ſupremum* TUUM *Aulæ Præfectum* CAROLUM COMITEM DE BATTHYÀN, *Trautmanſtorfii ſuſpexi nefors audacior. Clementia porro, ac Sapientia, quarum Illa ſedulos honeſtarum artium ſtudioſos complecteris; hac muſarum* TE *effeci*

NOV 14 1905

ciſti Statorem; addidere mihi animos, quo minus metuerem tenerum hunccefactum, ex Linnæo *illo, qui inter Botanicos merito primas tenet, & Genera Plantarum ſecundum ſexum ordinata recenſet, progenitum, per me in Claſſes a Corollæ Limbo petitas diſpoſita profantem* TUIS *ſubſternere pedibus.*

Hic, quum publicam ei non negas lucem, memoratum Linnæum *greſſibus ſecutus preſſioribus, ea, ſpero, figet veſtigia,*

qui-

quibus TE *Manenti Hungariæ Regno, charæ meæ Patriæ, aditum ad cognoſcendas Plantas reddat faciliorem, ex quarum recta notitia ecquid utilitatis in communem ſanitatis rem redundet? cum illæ alioqui medicinæ ſint fundamentum, haud neceſſum, ut hodierno etiam uſu ampliſſimam efferam prolixius. At quanta in Hungariam profectura ſit, quin prorſus eloquar, voti abs* TE *mei committere me haud ſinit ratio: Rara quippe*

ſunt illi Pharmacopolia, nec ab his, niſi longiora per itinera Medentibus, per comitatus, oppida, & vicos diſtributis, remedia obtinere licet: An non itaque periculoſum eſt Ruricolæ gravius decumbenti ab remotiori Pharmacopolio indicata, vel pauperi Urbano cara præſtolari remedia, cum ille non raro interea, dum ipſi abinde medicina refertur, emoritur; hic ſæpenumero mori mavult, atque tam caro ſibi mercari ſanitatem?

Tan-

Tantum vero aberit, ut casu in tali Illos habita vegetantium cognitione, a tam dissitis Pharmacopoliis opem petere oporteat; ut imo, tam Ruricolæ illi præsentissime, quam Urbano huic grato quoque, præsto esse possint.

Hæc erat suscepti hujus laboris mei ratio; qua videlicet salutares Materna SACRATISSIMÆ, CÆSAREÆ, REGIOque APOSTOLICÆ MAJESTATIS,

MATRIS *utpote* TUÆ, REGIS *vero, ac* DOMINÆ *meæ* CLEMENTISSIMÆ *in communem omnium Hæreditariarum* SUARUM *Provinciarum ſalutem tendente cura, per ſummum Archiatrum* SUUM L. B. van Swieten *productos, lateque propagatos fructus in omne etiam Hungariæ Regnum diligentius carpendos differrem.*

Indulgeto proinde, TUO *libellus hic ut ſacer ſit Nomini; ac cape interea obſidem mei in*

Pa-

Patriam ſtudii Benignus, dum Deus, *& tempus firmiores mihi vires ſuppeditaverit, qui* TUOS *ante pedes proſtratus; non prius, quam vivere, deſinam eſſe*

SERENITATIS TUÆ

DOMINE, DOMINE

BENIGNISSIME, CLEMENTISSIME!

humillimus, atque fidelis

JACOBUS WERNISCHEK.

AD
BOTANOPHILUM HUNGARIÆ.

NIhil profecto ſolerti Medico acerbius evenire poteſt, quam, ſi ob tardandum ex mora aliunde advehendorum remediorum auxilium, vi morbi interim furente, opem depoſcentem naturam opprimi ſuismet oculis uſurpare debeat! Indolueris, opinor, hac eadem de cauſa Ipſe mi Botanophile non raro charo noſtro natali ſolio? Quidni itaque maxime oportunum me facere arbitrer, ſi rem prodam, in modum facturam, quo & Medico, & Ægro promptius ſubveniri poſſit?

NOTITIAM videlicet PLANTARUM!

Ad has quidem cognoſcendas, & determinandas, inter tot, tantaque Syſtemata, nobiliſſimum præbuiſſe Botanicorum Principem, *Carolum Linnæum* (quem ſequor (a)) neque Tu inficias ibis. At poſteaquam in hoc Stamina ſæpenumero vix conſpicua, Filamenta Caſtrata; aut Glandulifera ſtaminibus aſſociata, Dioecia, Polygamia, aliaque Botanices Alumnorum ingenia haud modicum fatigare mihi videri poterant: Corollam ego pro faciliori aſſequendæ talis cognitionis indice capeſſendam duxi, cujus non Figuram *Tournefortii*, ſed Limbum, viginti Claſſes ſuppeditantem, conſidero.

Planta eſt Petalodes, vel Apetala. Petalum eſt aut Solitarium, idque ſimplex; vel compoſitum. Aut ſunt Petala ſimul plura.

Monopetali Floris ſimplicis Limbus tam integer, quam diviſus quinque Claſſes largitur: *Prima* Flores Corolla Monopetali ſimplici, cujus Limbus duo quodammodo La-

(a) CAROLI LINNÆI *Syſtema Naturæ Editio X. Holmiæ* 1759.

Labia efformat, Labiatos, & Perſonatos propterea dictos. *Secunda* Flores Corolla, cujus Limbus in quatuor; *Tertia* cujus in quinque; *Quarta* cujus in ſex Lacinias potius, quam Labia, diviſus eſt, complectitur. *Quinta* vero Flores Monopetalos ſimplices ad nullam commemoratarum Claſſium reducibiles: quod Corollæ Limbum Integrum, Unilabiatum, Trifidum, aut in plures, quam ſex, Lacinias partitum habent.

Flores Monopetalos Compoſitos, Syngeneſias Linnæi in Claſſes tres: unde *Sexta* eſt Florum Compoſitorum Tubulorum, in quibus Limbus omnium Corollarum eſt ſubæqualis; *Septima* Ligulatorum; quod in eis Corollæ omnes in Ligulam longam, extrorſum patentem abeant; *Octava* Radiatorum, quorum interiores Corollæ Limbo ſunt ſubæquali; exteriores vero Ligulam exerentes, Radiumque formantes diſtribuo.

Polypetali autem Flores, quorum frequentem quidem varietatem admitto, ſed non niſi in Floribus ultra decem Stamina ferentibus; ac propterea præmiſſis Claſſibus exules, diſtincta comprehendo, in octo Claſſes reſtringuntur. Quarum prima; ſive a præmemoratis *Nona* colligit Flores Polypetalos Petalis 2, 4, & 8, inſtructos, quos omnes, ob mutuam eorum quampiam affinitatem, in hanc unam Claſſem conjiciendos cenſui; exemptis nihilominus Tournefortii cruciformibus, qui *Decimam* conſtituunt. *Undecima* Flores pariter affines Petalis 3, & 6. *Duodecima* Petalis 5, & 10 proviſos: Umbellatis in *Decimam tertiam*, in *Decimam quartam* Papilionaceis reſervatis. *Decima quinta* porro Claſſis ea eſt, quæ ſuperius exules factos Polypetalos, decem ſtaminibus plura ferentes, recenſet: exceptis Columniferis in *Decimam ſextam* reductis.

Apetalas demum Plantas in duas diſtinguo Claſſes: quod earum Perianthium aliquando ita coloratum eſt, ut dubii hæreant multi, Corollamne, an re ipſa Perianthium nuncupent? ideoque eas, quibus Perianthium Corolliforme eſt, in unam, ſive *Decimam ſeptimam*.

Qui-

Quibus vero Perianthium rude, aut prorsus nullum, in *Decimam octavam* refero. Accedit *Decima nona* Graminum cum suis Affinibus.

Vegetantia denique Fructificationis Clandestinæ, Filices scilicet, Algas, Fungos, & Muscos ultima, seu *Vicesima* exhibet.

Classes has (natura utut aliter poscente) iis Ordinibus, Divisionibus, ac Subdivisionibus instruxi, per quas Character Plantarum Essentialis promptius erui possit. Adjeci huic Naturalem (quo portatile redderem opus) brevem (fusiorem Linnæus (a) exhibet) ut per hunc ille pateret uberius.

At notandum volo: me per Plantas eas omnes, quas Monoicas, aut Dioicas non nuncupo, Hermaphroditas intelligere. Monoicas in Monogyniis secundum Corollam Masculam; in aliis Femineam dispositisse; Calycemque, & Corollam Infera significare, ubi Supera non voco; per Stamina vero longa, & brevia accipienda esse ea, quæ ordinariam Corollæ longitudinem aut excedunt, aut ea sunt minora.

Tum: quia sunt nonnullæ species, quæ ab diversam a suo Genere Corollæ figuram distinctam Classem exegerunt, has in talem reposui, verum numero singulis harum postposito, Genus suum indicante.

Adjeci subinde specificationem Plantarum nominum, vulgo; aut in Pharmaciis usitatorum, a Botanicis vero rejectorum; aut saltem de sede Generica detrusorum, quæ veris suis, a Botanicisque receptis Genericis nominibus insignivi.

Præposuissem pariter Terminorum Botanicorum Definitiones; at has ex Philosophia Botanica Magni Linnæi, aut aliunde probe jam cognitas esse, in animum induxi.

Hæc proinde sunt, quæ fructus hic, ex Nobilissimo eo Vindibonensi Horto, quem Illustrissimus L. B. VAN

(a) Caroli Linnæi *Genera Plantarum Editio IV. Hala* 1752.

VAN SWIETEN CLEMENTISSIMÆ REGIS NOSTRÆ PERSONÆ MEDICUS, Inclytæ Facultatis Medicæ Præses &c., in singularem Hæreditariarum MAJESTATIS SUÆ SACRATISSIMÆ Provinciarum utilitatem cum immortali, gratissimaque sui memoria inferendum, & rite excolendum Viro a Nominis celebritate Notissimo *Roberto Laugier* concredidit, in Patriæ nostræ commodum non modico cum labore collectus tenet.

Verum fortassis ex eo: quod solam duntaxat vegetantium Notitiam cum alto eorum virtutum silentio faciat; eccui usui hunc fore objectabis? Ast ab hac censura abiturum Te confido, si penitius meminisse velis: multorum jam virtutes ex Materia Medica alioquin Physicis ubertim patere. Ad hoc vero, ut cunctarum virtutes exploratæ reddi possent, dum cumprimis necessarium est, nosse ipsum subjectum: tum daturus sum operam, ut ultra Floram Hungaricam, recentissima experientia probatas quoque communicare valeam.

Unum Te, quod ishic reliquum capio, Chare Patriæ meæ Botanophile! amice rogatum volo: ut, quum mihi, Floram Hungaricam edere paranti, ad hanc rite construendam necessum sit, universarum omnino Patriæ Plantarum scientiam habere, earum rariores, quas mihi curiose disquirenti ibidem fors reperire non licuisset, submittere haud graveris. Quo Beneficii Tui, & Amicitiæ genere quemadmodum Tu Tibi me non mediocriter devinctum reddes, ita ego nullus decro; Te per id Publico rem utilem præstitisse palam profiteri, publicasque Tibi referre grates.

DISPO-

DISPOSITIO CLASSIUM.

Classis

Flores Monopetali Simplices.

I.	Limbo	Corollæ	Bilabiato.
II.	—	—	Quadrifido.
III.	—	—	Quinquefido.
IV.	—	—	Sexfido.
V.	—	—	Anomalo.

Monopetali Compositi.

VI.	Tubulosi.
VII.	Ligulati.
VIII.	Radiati.

Polypetali.

IX.	Petalis 2. 4. & 8.
X.	— 4. Cruciatis.
XI.	— 3. & 6.
XII.	— 5. & 10.
XIII.	Umbellati.
XIV.	Papilionacei.
XV.	Staminibus ultra 10.
XVI.	Columniferi.

Apetali.

XVII.	Calyce Corollino.
XVIII.	— Rudi, aut Nullo.
XIX.	Graminei.
XX	Clandestini.

CLAS-

CLASSIS I.

Flores Monopetali Simplices Limbo Corollæ Bilabiato.

GERMINE INTEGRO.

Perianthium	*Stamina*	*Numero*		
Nullum	—	1	PONTEDERIA	*Stamina* 6.
	—	—	VALERIANA	*Stamina* 2 - 146
2-*fidum*	2	2	MORINA	*Periant.* Duplex, fructûs, & floris
		3	PINGUICULA	*Periant.* Simplex Monophyllum.
		4	UTRICULARIA	*Periant.* Simplex Diphyllum.
	4	5	BARTSIA	*Periant.* bilobum, coloratum.
		—	ELEPHAS	*Periant.* quaſi 3-fidum - - 11
		6	TORENIA	*Filam.* duo inferiora bifida.
		7	OROBANCHE	*Glandula* ad baſin Germinis. *Cor.* Perſonata.
		—	PHELYPÆA	*Glandula* ad baſin Germinis. *Cor.* limbo patulo-16
		—	PEDICULARIS	*Capſula* bilocularis - - - 39
		8	PHRYMA	*Semen* nudum.
3-*fidum*	—	9	HALLERIA	

Perianthium	*Stamina*	*Numero*		
4-*fidum*	4	10	CRANIOLARIA	*Periant.* 4-phyllum, & *ſpatha.*
		11	RHINANTHUS	*Periant.* Ventricoſum, compreſſum.
		12	SCHWALBEA	*Periant.* Lacinia infima major.
		13	BARLERIA	*Stam.* duo cæteris multo minora.
		14	EUPHRASIA	*Anth.* inferiores Lobo uno ſpinoſæ.
		15	GMELINA	*Anth.* 2 magnæ, bipartitæ, 2-ſimplices.
		16	LATHRÆA	*Glandula* depreſſa ad baſin germinis.
		17	MELAMPYRUM	*Capſula* 2-locularis, 2-ſperma.
5-*fidum*	2	18	COLLINSONIA	*Cor.* Labium inferius multifidum.
		19	JUSTICIA	*Stam.* ſub labio ſuperiore corollæ.
		20	PÆDEROTA	*Stam.* declinata.
		21	DIANTHERA	*Filam.* 2, *Anth.* 4.
	4	22	DURANTA	*Periant.* Superum.
		23	OVIEDA	*Periant.* Inferum. *Cor.* ſupera.

Perianthium	*Stamina*	*Numero*		
5-*fidum*	4	24	MIMULUS	*Periant.* Prismaticum.
		25	VITEX	*Cor.* Labium superius 3-fidum.
		26	GERARDIA	*Cor.* Labium inferius 4-fidum.
		27	DODARTIA	*Cor.* Labium inferius 3-fidum, duplo longius.
		28	SCROPHULARIA	*Cor.* Labium inferius brevius. *Lac. media* reflexa.
		29	BONTIA	*Cor.* Labium inferius revolutum.
		30	ANTIRRHINUM	*Cor.* Personata, basi plus, minus corniculata.
		31	DIGITALIS	*Cor.* Deorsum ventricosa, *Stam.* declinata.
		32	BIGNONIA	*Cor.* Faux Ventricoso-oblonga. *siliqua.*
		33	MARTYNIA	*Rudiment.* Staminis quinti. *Cor.* faux hians.
		34	CHELONE	*Rudiment.* Staminis quinti. *Cor.* faux Clausa.

Perianthium	*Stamina*	*Numero*		
5-*fidum*	4	35	RUELLIA	*Stam.* per paria approximata. Cor. limbus patulus.
		36	COLUMNEA	*Stam.* per paria approximata. Cor. Galea Fornicata.
		37	CORNUTIA	*Stylus* longiſſimus.
		38	TOZZIA	*Caps.* monoſperma.
		—	MELAMPYRUM	*Caps.* 2-locularis, 2-ſperma - 17
		39	PEDICULARIS	*Caps.* 2-locularis, polyſperma.
		40	BESLERIA	*Bacca* polyſperma.
	5	—	LOBELIA	*Anth.* coalitæ - 192
	—	—	LONICERA	*Anth.* diſtinctæ 198
	8	41	STEMODIA	*Filam.* 4, bifida.
		42	HEISTERIA	*Filam.* omnia baſi coalita.
	—			
Multifidum	—	43	GRATIOLA	*Periant.* 7 - phyllum.
		44	CYMBARIA	*Periant.* multipartitum.

GERMINE DIVISO.

Integrum	—	45	SCUTELLARIA	*Periant.* operculo inſtructum.

HOFF-

Perianthium	*Stamina*	*Numero*		
Integrum	—	—	HOFFMANNIA	*Periant.* oblique sectum - - 64
2-*fidum*	2	46	SALVIA	*Filam.* basi bifurca.
		47	ROSMARINUS	*Filam.* simplicia.
	4	48	CLINOPODIUM	*Involucr.* multisetum, verticillo subjectum.
		—	MAJORANA	*Periant.* diphyllum - - 64
		49	MELITTIS	*Periant.* Corollæ tubo longe amplius.
		50	MELISSA	*Periant.* Striatum, supra planiusculum.
		51	CARDIACA	*Periant.* 5-gonum, 5. setis terminatum.
		52	THYMUS	*Periant.* faux villis clausa.
		53	OCYMUM	*Cor.* Labium superius 4-fidum.
		54	HORMINUM	*Cor.* Laciniæ 4 subæquales, 5ta duplo major.
		—	MOLDAVICA	*Cor.* Faux dilatata, gulosa - - 74
		55	PRUNELLA	*Filam.* omnia bifurca.

Perianthium	*Stamina*	*Numero*		
2-*fidum*	4	56	TRICHOSTEMA	*Filam.* longiſſima, vel breviſſima. *Cor.* Galea falcata.
		57	THYMBRA	*Stylus* ſemi-bifidus
		—	SIDERIDIS	*Stig.* brevius vaginans alterum-84
		58	PRASIUM	*Baccæ* 4, monoſpermæ.
5-*fidum*	2	59	MONARDA	*Cor.* Labium ſuperius ſtamina involvens.
		60	ZIZIPHORA	*Cor.* Labium ſuperius reflexum, integrum.
		61	AMETHYSTEA	*Cor.* Labii inferioris lacinia media concava.
		62	LYCOPUS	*Stam.* diſtantia.
		63	CUNILA	*Stam.* longiſſima.
	4	64	ORIGANUM	*Involucr.* Spicatum, Imbricatum.
		65	MOLUCELLA	*Periant.* amplum, Corolla majus.
		66	BALLOTA	*Periant.* 10-ſtriatum. *Cor.* galea integra.
		67	MARRUBIUM	*Periant.* 10-ſtriatum. *Cor.* galea bifida.

LA-

Perianthium	*Stamina*	*Numero*		
5-*fidum*	4	68	LAVANDULA	*Cor.* reſupinata. *Stam.* intra tubum corollæ.
		—	LOPHANTHUS	*Cor.* reſupinata. *Stam.* diſtantia. 79
		69	AJUGA	*Cor.* Labium ſuperius minimum, integrum.
		70	TEUCRIUM	*Cor.* Labii ſuperioris loco duo dentes.
		71	ORVALA	*Cor.* Labium ſuperius 3-partitum.
		72	PHLOMIS	*Cor.* Labium ſuperius incumbens inferiori.
		73	BETONICA	*Cor.* Labium ſuperius planum. *Periant.* ariſtatum.
		74	DRACOCEPHALUM	*Cor.* Faux inflata, guloſa.
		75	LAMIUM	*Cor.* Faux utrinque dente reflexo munita.
		76	GALEOPSIS	*Dentes* duo acuminati ad baſin Labii inferioris.
		77	NEPETA	*Stam.* approximata. *Cor.* Labii inferioris Lacinia media crenata.

Perianthium	*Stamina*	*Numero*		
5-*fidum*	4	78	SATUREJA	*Stam.* approximata. *Cor.* Laciniæ ſubæquales.
		79	HYSSOPUS	*Stam.* diſtantia recta. *Cor.* Rigens.
		80	MENTHA	*Stam.* Diſtantia recta. *Cor.* Laciniæ ſubæquales.
		81	STACHYS	*Stam.* Deflorata ad latera inclinata.
		82	LEONURUS	*Anth.* punctis nitidis aſperſæ.
		83	GLECHOMA	*Anth.* per paria in crucem conniventes.
		84	SIDERITIS	*Stigma* brevius vaginans alterum.
	5	85	MONNIERIA	*Fil.* 2. *Anth.* 5.
Multifidum	—	—	MOLUCELLA	*Periant.* 8-dentatum, corolla majus - - - 65
		—	MARRUBIUM	*Periant.* 10-ſtriatum, 10-dentatum - - - 67
		—	LEONURUS	*Periant.* 7-8-10-dentatum, ſæpe angulatum. 72. 28.

CLAS-

CLASSIS I.

Flores Monopetali Simplices Limbo Corollæ Bilabiato.

His *Periant.* potiſſime tubulatum. *Cor.* tubuloſa. *Filam.* ſæpius 4. quorum duo breviora. *Ger.* integrum, vel 4-fidum. *Styl.* unicus.

GERMINE INTEGRO.

1. PONTEDERIA. *Linn.* 361.

Spatha Communis, multiflora. *Periant.* nullum. *Cor.* tubuloſa, ſupera: *Limbo* bilabiato; *Labium Superius* 3-fidum. *Labium Inferius* 3-partitum. *Stam.* 6, inæqualiter ſita. *Ger.* oblongum. *Styl.* breviſſimus. *Caps.* carnoſa, 3-gona, 3-locularis, polyſperma.

2. MORINA. *Linn.* 39.

Periant. duplex. *Fructûs*, ſive *Inferum* tubo ariſtato, perſiſtente. *Floris*, ſive *ſuperum* tubo biſido, perſiſtente. *Cor. tubus* Longus: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* bifidum. *Lab. Inf.* 3-fidum. *Stam.* 2. *Anth.* cordatæ. *Stig.* capitatum. *Sem.* 1, nudum inter Calyces.

3. PINGVICULA. *Linn.* 28.

Periant. Bilabiatum, parvum, perſiſtens. *Cor.* ventricoſa; baſi calcare inſtructa: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* bifidum. *Lab. Inf.* Longius, 3-fidum. *Filam.* 2, bifida. *Ramulus* alter Antheram, alter glandulam ſuſtinet. *Ger.* globoſum. *Styl.* breviſſimus. *Stig.* infundibuliforme, bilabiatum. *Caps.* 1-Locularis, polyſperma.

4. UTRICULARIA. *Linn.* 29.

Periant. diphyllum, æquale, deciduum. *Cor.* baſi corniculata: *Rictu* prominulo, clauſo: *Limbus* bilabiatus; *Lab. Sup.* planum, erectum. *Lab. Inf.* majus, planum, integrum. *Stam.* 2, minima. *Ger.* globoſum. *Stig.* conicum. *Caps.* 1-locularis, polyſperma.

5. BARTSIA. *Linn.* 657.

Periant. bilabiatum, coloratum, perſiſtens. *Cor.* Calyce minus colorata, bilabiata; *Lab. Sup.* integrum; calyce Longius. *Lab. Inf.* 3-fidum, minimum. *Stam.* 4, inæqualia. *Stig.* obtuſum, nutans. *Caps.* ovata, compreſſa, 2-locularis, 2-valvis, polyſperma.

6. TORENIA. *Linn.* 672.

Periant. bilabiatum; *Lab. Sup.* 3-cuſpidatum. *Lab. Inf.* integrum. *Cor.* bilabiata; *Lab. Sup.*

Sup. integrum. *Lab. Inf.* 3-fidum. *Fil.* 4, quorum duo inferiora bifida; *Ramulo* altero ſterili. *Stig.* bifidum. *Caps.* 2-locularis, polyſperma.

7. OROBANCHE. *Linn.* 697.

Periant. bilabiatum; 4- vel 5-dentatum, ſubcoloratum, perſiſtens. *Cor. tubus* inclinatus: *Limbo* bilabiato; *Laciniæ* 4, vel 5, ſubæquales. *Stam.* 4. *Glandula* ad germinis baſin. *Stig.* bilabiatum, nutans. *Caps.* oblonga, 1-locularis, 2-valvis, polyſperma.

8. PHRYMA. *Linn.* 656.

Periant. bilabiatum: *Lab. Sup.* 3-dentatum. *Lab. Inf.* 2-dentatum. *Cor.* bilabiata: *Lab. Sup.* emarginatum. *Lab. Inf.* 3-fidum, majus: *Lacinia media* longior. *Semen* 1, nudum in Calyce.

9. HALLERIA. *Linn.* 679.

Periant. 3-partitum, perſiſtens. *Cor. tubus* ventricoſus: *Limbo* bilabiato, 4-fido; *Lab. Sup.* emarginatum. *Lab. Inf.* 3-partitum, brevius: *Lacinia media* minore. *Stam.* 4, corollæ tubo longiora. *Stylus* ſtaminibus longior. *Bacca* 2-locularis, ſubrotunda.

10. CRANIOLARIA. *Linn.* 670.

Periant. 4-phyllum, breve. *Spatha* inflata, magna, latere dehiſcens. *Cor. tubus* tenuis, longiſſimus: *ore* bilabiato; *Lab. Sup.* integrum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinys* ſubrotundis. *Stam.* 4. *Stig.* craſſiuſculum. *Nux* lignoſa, corticata, ſulcata, utrinque acuminata.

11. RHINANTHUS. *Linn.* 658.

Periant. ventricoſum, compreſſum, 4-dentatum. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* integrum, vel emarginatum. *Lab. Inf.* 3-fidum. *Stam.* 4. *Caps.* ſubrotunda, compreſſa, 2-locularis, 2-valvis, polyſperma.

Elephas calyce ſub 3-fido huc refertur.

12. SCHWALBEA. *Linn.* 662.

Periant. tubulato-ventricoſum, 4-fidum; *Lacinia ſuprema* minima; *Infima* maxima, emarginata. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* integrum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinys* æqualibus. *Stam.* 4. *Stig.* Craſſiuſculum. *Semen* unicum, parvum.

13. BARLERIA. *Linn.* 703.

Periant. 4-partitum, perſiſtens. *Cor. tubus* fauce ventricoſus: *Limbo* 4-fido, bilabiato; *Lab. Sup.* emarginatum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Laci-*

cinia media labio ſuperiori ſimilis: *Laterales* minores, patulæ. *Stam.* 4, quorum duo longe minora. *Stig.* acutum. *Caps.* 4-angularis, 1-locularis, 2-valvis, 2-ſperma.

14. EUPHRASIA. *Linn.* 659.

Periant. Cylindraceum, 4-fidum, perſiſtens. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* leviter diviſum. *Lab. Inf.* 3-partitum: *Lacinys* obtuſis. *Stam.* 4. *Ant. Inferiores* lobo altero ſpinoſæ. *Stig.* integrum. *Caps.* 2-locularis, polyſperma.

15. GMELINA. *Linn.* 681.

Periant. 4-dentatum, minimum. *Cor.* ex anguſto ampliata, Campaniformis: *Limbo* 4-fido, bilabiato; *Lab. Sup.* fornicatum. *Lab. Inf.* 3-fidum, brevius: *Lacinys* obtuſis, patulis. *Fil.* 4, quorum *duo* craſſiora. *Anth.* 2. magnæ, bipartitæ; 2 ſimplices. *Drupa* nuce 2-loculari fæta.

16. LATHRÆA. *Linn.* 661.

Periant. 2- vel 4-fidum. *Cor.* varians in diverſis; bilabiata; *Lab. Sup.* integrum, vel bifidum. *Lab. Inf.* integrum, vel 3-fidum. *Stam.* 4. *Glandula* depreſſa ad baſin germinis. *Stig.* integrum. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis, polyſperma.

Phælypæa hujus ſpecies eſt.

17.

17. MELAMPYRUM. *Linn.* 660.

Periant. 4 - vel 5 - fidum. *Cor. tubus* Curvus : *Limbo* bilabiato ; *Lab. Sup.* Convacum , emarginatum ; *lateribus* reflexis. *Lab. Inf.* 3 - fidum , planum ; duabus eminentiis in medio notatum. *Stam.* 4. *Stig.* obtuſum. *Caps.* compreſſa ; *margine altero* convexo , *altero* recto ; 2 - locularis , 2 - valvis , 4 - ſperma.

18. COLLINSONIA. *Linn.* 38.

Periant. 5 - dentatum , parvum , perſiſtens. *Cor. tubus* longus : *Limbo* bilabiato ; *Lab. Sup.* 4 - dentatum. *Lab. Inf.* longum , in multas ramoſas lacinias diſſectum. *Stam.* 2 , erecta, longiſſima. *Stig.* bifidum. *Sem.* 1 , globoſum.

19. JUSTICIA. *Linn.* 26.

Periant. 5 - dentatum , parvum : *bracteis* ſæpe ſuffultum. *Cor. tubus* bilabiatus ; *Lab. Sup.* emarginatum. *Lab. Inf.* 3 - fidum , reflexum. *Stam.* 2 , ſub labio ſuperiore Corollæ. *Germ.* turbinatum. *Stig.* ſimplex. *Caps.* baſi anguſta , 2 - locularis , 2 - valvis. *Septo* contrario. *Sem.* ſubrotunda.

20. PÆDEROTA. *Linn. Edit. 4ta.* 21.

Periant. 5-partitum, perſiſtens. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* concavum, anguſtum. *Lab. Inf.* erecto-patens; leviter 3-fidum. *Stam.* 2, declinata. *Anth.* aſſurgentes. *Stig.* truncatum. *Caps.* ovata, apice bifida, 2-locularis, 4-valvis, polyſperma.

ad Veronicam modo reducit Linnæus.

21. DIANTHERA. *Linn.* 37.

Periant. 5-partitum, perſiſtens: *Lacinys* æqualibus. *Cor. tubus* patulus, bilabiatus; *Lab. Sup.* ovatum. *Lab. Inf.* 3-partitum: *Lacinys* æqualibus. *Fil.* 2. *Anth.* in ſingulo geminæ; *altera* paulo altius ſita. *Caps.* 2-locularis, ungue elaſtico diſſiliens.

22. DURANTA. *Linn.* 704.

Periant. 5-fidum, ſuperum, perſiſtens. *Cor. tubus* longus: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* concavum, integrum. *Lab. Inf.* 3-partitum: *Lacinia media* bipartita: *omnibus* ſubrotundis. *Stam.* 4. *Caps.* ſubrotunda, 1-locularis, 4-ſperma.

23. OVIEDA. *Linn.* 705.

Periant. 5-fidum, inferum, perſiſtens. *Cor.* ſupera: *tubo* tenui, longiſſimo: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* concavum. *Lab. Inf.* 3-par-

partitum: *Lacinys* æqualibus. *Stam.* 4, corollâ longiora. *Germ.* inter calycem, & corollam. *Stig.* bifidum. *Bacca* globosa, 2-sperma.

24. MIMULUS. *Linn.* 701.

Periant. oblongum, 5-angulatum, 5-plicatum, 5-dentatum, persistens. *Cor.* bilabiata; *Lab. Sup.* bifidum: *lateribus* reflexis. *Lab. Inf.* 3-fidum; in cujus basi *Palatum* convexum, bifidum. *Stam.* 4, brevia. *Stig.* ovato-depressum, bifidum. *Caps.* ovalis, 2-locularis, polysperma.

25. VITEX. *Linn.* 708.

Periant. 5-dentatum, parvum. *Cor.* *tubus* tenuis: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* 3-fidum: *Lacinia media* latiore. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* majore. *Stam.* 4. *Stig.* duo, subulata. *Bacca* globosa, 4-sperma.

26. GERARDIA. *Linn.* 665.

Periant. 5-fidum, persistens. *Cor.* *tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* emarginatum. *Lab. Inf.* 4-partitum: *Laciniis lateralibus* latioribus, emarginatis. *Stam.* 4. *Stig.* obtusum. *Caps.* 2-locularis, basi dehiscens. *Sem.* solitaria.

27. DODARTIA. *Linn.* 698.

Periant. 5-dentatum, parvum. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* bifidum. *Lab. Inf.* duplo longius, 3-fidum: *Lacinia media* minore. *Stam.* 4. *Stig.* bilamellatum. *Caps.* globosa, 2-locularis, polysperma.

28. SCROPHULARIA. *Linn.* 674.

Periant. 5-partitum, persistens. *Cor. tubus* Ventricosus: *Limbo* 5-fido, bilabiato, resupinato; *Lab. Sup.* ex laciniis duabus majoribus. *Lab. Inf.* ex laciniis 3. inferioribus: *media* reflexa. *Stam.* 4, declinata. *Stig.* simplex. *Caps.* acuminata, 2-locularis, 2-valvis, polysperma.

29. BONTIA. *Linn.* 709.

Periant. 5-partitum, parvum, persistens. *Cor. tubus* longus: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* erectum, emarginatum. *Lab. Inf.* 3-partitum, revolutum. *Stam.* 4. *Stig.* bifidum. *Drupa* ovata, magna. *Nux* plicata.

30. ANTIRRHINUM. *Linn.* 668.

Periant. 5-partitum, persistens: *Laciniis* inæqualibus. *Cor.* varia, basi gibba, vel corniculata: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* bifidum. *Lab. Inf.* 3-fidum. *Faux* palato sæpius clau-

ſa. *Stam.* 4. *Stig.* obtuſum. *Caps.* 2-locularis, polyſperma.

31. DIGITALIS. *Linn.* 676.

Periant. 5-partitum, perſiſtens: *Laciniis* inæqualibus. *Cor. tubus* amplus, deorſum ventricoſus: *Limbo* bilabiato, 4- vel 5-fido; *Lab. Sup.* integrum, vel diviſum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* majore. *Stam.* 4, declinata. *Stig.* acutum. *Caps.* ovata, 2-locularis, 2-valvis, polyſperma.

32. BIGNONIA. *Linn.* 677.

Periant. tubus 5-fidus, parvus. *Cor. tubus* brevis. *Faux* oblonga, tubo craſſior: *Limbo* bilabiato, 5-fido; *Lab. Sup.* ex laciniis 2. ſuperioribus, reflexis. *Lab. Inf.* ex 3. reliquis, patulis. *Stam.* 4. *Anth.* oblongæ. *Stig.* capitatum. *Siliqua* 2-locularis, 2-valvis, *Sem.* plura, utrinque alata.

Catalpa Periant. 5-phyll. Stam. 2. cum 3. Rudimentis, hujus ſpecies eſt.

33. MARTYNIA. *Linn.* 671.

Periant. 5-partitum: *Laciniis* ſeratis. *Cor. tubus* ventricoſus: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* 2-partitum. *Lab. Inf.* 3-partitum: *Laciniis* 4 ſubæqualibus. 5ta ſive *infima* major, crenata. *Filam.* 4, ſingulari modo flexa. *Rudimen-*

mentum ſtaminis 5ti. *Caps.* gibba, utrinque acuminata, lignoſa: *Roſtro* hamato. 2-valvis, 4-ſperma.

34. CHELONE. *Linn.* 666.

Periant. 5-partitum, parvum, perſiſtens. *Cor. tubus* brevis. *Faux* oblonga, inflata, ſupra convexa: *Limbo* parvo, bilabiato; *Lab. Sup.* emarginatum. *Lab. Inf.* 3-dentatum. *Stam.* 4. *Rudimentum* 5ti intra par ſuperius. *Stig.* obtuſum. *Caps.* ovata, 2-locularis, polyſperma.

35. RUELLIA. *Linn.* 702.

Periant. 5-partitum, erectum, perſiſtens. *Cor. tubus* ventricoſus: *Limbo* bilabiato, 5-fido; *Lab. Sup.* ex laciniis 2. ſuperioribus, latioribus. *Lab. Inf.* ex 3. reliquis. *Stam.* 4. *Anth.* per paria connexæ. *Stig.* bifidum. *Caps.* oblonga, ſemibilocularis, polyſperma.

36. COLUMNEA. *Linn.* 710.

Periant. 5-partitum, perſiſtens. *Cor.* hirſutiſſima, bilabiata: *tubo* parum ventricoſo; *Lab. Sup.* fornicatum, integrum. *Lab. Inf.* 3-partitum. *Stam.* 4. *Anth.* connexæ. *Stig.* bifidum. *Bacca* globoſa, 2-locularis, polyſperma.

37. CORNUTIA. *Linn.* 684.

Periant. 5-dentatum, parvum, perſiſtens. *Cor. tubus* longus: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* erectum, ſubrotundum. *Lab. Inf.* 3-partitum: *Lacinia media* ſubrotunda: *Lateralibus* diſtantibus. *Stam.* 4. corolla longiora. *Styl.* longiſſimus, bifidus. *Bacca* globoſa, monoſperma.

38. TOZZIA. *Linn.* 663.

Periant. 5-dentatum, parvum, perſiſtens. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* bifidum. *Lab. Inf.* 3-fidum. *Laciniis omnibus* ſubæqualibus, ſubrotundis. *Stam.* 4. *Stig.* capitatum. *Caps.* globoſa; univalvis, monoſperma.

39. PEDICULARIS. *Linn.* 664.

Periant. tubus varians, 2- vel 5-fidus, aut 5-dentatus, perſiſtens. *Cor. tubus* gibbus, bilabiatus; *Lab. Sup.* compreſſum, integrum. *Lab. Inf.* 3-partitum. *Lacinia media* anguſtiore. *Stam.* 4. *Stig.* obtuſum. *Caps.* oblonga, plerumque obliqua, 2-locularis, apice dehiſcens, polyſperma. *Sem.* tunicata.

40. BESLERIA. *Linn.* 673.

Periant. 5-partitum, magnum, laxum, erectum. *Cor. tubus* gibbus: *Limbo* bilabiato. *Lab. Sup.* bifidum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia me-*

media majore. *Stam.* 4. brevia. *Styl.* minimus. *Stig.* acutum. *Bacca* globosa, 1-locularis, polysperma.

41. STEMODIA. *Linn.* 1154.

Periant. 5-partitum, erectum. *Cor. tubus* bilabiatus. *Lab. Sup.* integrum. *Lab. Inf.* 3-partitum: *Laciniis* rotundis, æqualibus. *Filam.* 4. bifida. *Anth.* 8. *Stig.* obtusiusculum. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis, polysperma.

42. HEISTERIA. *Linn. Edit. quarta.* 687.

Periant. 5-phyllum, persistens. *Cor.* bipartita. *Lab. Sup.* erectum, semibifidum. *Lab. Inf.* bipartitum, dependens. *Nectar.* concavum, in fauce supra labium inferius situm. *Filam.* 8, basi in unam membranam coalita. *Stig.* compressum, bifidum. *Caps.* subrotunda, compressa, acuminibus 4. distantibus terminata, 2-locularis, 2-sperma.

ad Polygalam refert Linnæus.

43. GRATIOLA. *Linn.* 27.

Periant. 7-phyllum, persistens. *Cor. tubus* striatus, non nihil flexus: *Limbo* bilabiato, 4- vel 5-fido; *Lab. Sup.* ex lacinia latiore, emarginata, reflexa. *Lab. Inf.* ex laciniis 3. rectis, æqualibus. *Filam.* 4, vel 5, quorum 2 tantum Antheris instructa. *Stig.* bi-

labiatum. *Caps.* acuminata, 2-locularis, 2-valvis, polyſperma.

44. CYMBARIA. *Linn.* 669.

Periant. Multipartitum: *Laciniis* linearibus, erectis. *Cor. tubus* ventricoſus: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* bifidum. *Lab. Inf.* 3-fidum. *Stam.* 4. *Stig.* obtuſum. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis, polyſperma. *Sem.* angulata.

GERMINE QUADRIFIDO.

45. SCUTELLARIA. *Linn.* 653.

Periant. tubus brevis; *Limbus* integer, operculo inſtructus. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* 3-partitum, erectum, *Lab. Inf.* emarginatum, dependens. *Stam.* 4. *Ger.* 4-partitum. *Stig.* ſimplex. *Sem.* 4, in Calyce operculato, clauſo.

46. SALVIA. *Linn.* 36.

Periant. tubus ſtriatus, bifidus; *Segmentum Superius* 3-dentatum; *Inferius* bifidum; vel *Periant.* 3-fidum; aut 2-phyllum, perſiſtens. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* compreſſum, integrum: figuræ variæ. *Lab. Inf.* 3-partitum: *Lacinia media* majore. *Filam.*

2,

2, bifida: *Ramulo* altero glandulifero. *Germ.* 4. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

47. ROSMARINUS. *Linn.* 35.

Periant. tubus compreſſus, bifidus, perſiſtens. *Lacinia Superiore* integra; *Inferiore* bifida. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* bifidum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* majore, concava. *Filam.* 2, integra. *Germ.* 4. *Stig.* ſimplex. *Sem.* 4.

48. CLINOPODIUM. *Linn.* 644.

Involucr. Multiſetum, verticillo ſubjectum, perſiſtens. *Periant. tubus* hirſutus, bilabiatus; *Lab. Sup.* 3-fidum, reflexum. *Lab. Inf.* bifidum. *Cor.* bilabiata; *Lab. Sup.* concavum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* latiore, emarginata. *Stam.* 4. *Germ.* 4-partitum. *Stig.* ſimplex. *Sem.* 4.

49. MELITTIS. *Linn.* 650.

Periant. Campanulatum, bilabiatum; *Lab. Sup.* emarginatum. *Lab. Inf.* bifidum, brevius, perſiſtens. *Cor. tubus* Calyce multo anguſtior, longus: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* planum, emarginatum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* majore, Crenata. *Stam.* 4. *Anth.* bifidæ; per paria in crucem conni-

ventes. *Germ.* villoſum, 4-fidum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

50. MELISSA. *Linn.* 647.

Periant. tubus Striatus: *Limbo* plano, bilabiato; *Lab. Sup.* 3-dentatum. *Lab. Inf.* 2-fidum. *Cor.* bilabiata; *Lab. Sup.* fornicatum, bifidum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* majore, cordata. *Fil.* 4, quorum *duo* dimidio breviora. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

51. CARDIACA. *Tournef.* 186.

Periant. tubus bilabiatus, 5. ſetis terminatus, perſiſtens. *Cor. tubus* bilabiatus, *Lab. Sup.* integrum, concavum. *Lab. Inf.* 3-partitum. *Stam.* 4. *Germ.* 4. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4. *ad Leonurum reducit Linnæus.*

52. THYMUS. *Linn.* 646.

Periant. tubus bilabiatus; 5-dentatus; ſæpe 5. ſetis terminatus. *Faux* villis clauſa. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* integrum, vel bifidum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* latiore. *Stam.* 4, minima. *Germ.* 4-partitum, *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

53. OCYMUM. *Linn.* 651.

Periant. bilabiatum, perſiſtens; *Lab. Sup.* orbiculatum, planum. *Lab. Inf.* 4-dentatum.

Cor.

Cor. Reſupinata, bilabiata; *Lab. Sup.* in 4. æquales lacinias diviſum. *Lab. Inf.* longius, anguſtum, integrum. *Stam.* 4, cum ſtylo deorſum flexa. *Germ.* 4-partitum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

54. HORMINUM. *Linn.* 649.

Periant. tubus campanulatus, 5-angulatus, ſemibifidus; *Lab. Sup.* 3-dentatum. *Lab. Inf.* 2-partitum. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* concavum, breve, bifidum. *Lab. Inf.* longius, 3-fidum: *Lacinia media* duplo majore, emarginata: *Reliquis* æqualibus. *Stam.* 4. *Germ.* 4-fidum, *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

55. PRUNELLA. *Linn.* 654.

Periant. bilabiatum; *Lab. Sup.* 3-dentatum. *Lab. Inf.* bifidum, perſiſtens. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* integrum, nutans. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* latiore, ſerata. *Fil.* 4; omnia bifurcato apice. *Ant.* 4, laterales *Germ.* 4-partitum. *Stig.* emarginatum. *Sem.* 4.

56. TRICHOSTEMA. *Linn.* 652.

Periant. bilabiatum; *Lab. Sup.* 3-fidum. *Lab. Inf.* minus, bifidum, perſiſtens. *Cor.* bilabiata; *Lab. Sup.* falcatum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* minore. *Filam.* 4, longiſſima, vel breviſſima. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

57. THYMBRA. *Linn.* 627.

Periant. tubus durus, utrinque linea villosa exaratus, bilabiatus; *Lab. Sup.* 3-fidum. *Lab. Inf.* bifidum, persistens. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* bifidum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Laciniis* subæqualibus. *Stam.* 4. *Germ.* 4-fidum. *Styl.* semibifidus. *Sem.* 4.

58. PRASIUM. *Linn.* 655.

Periant. Campanulatum, bilabiatum; *Lab. Sup.* 3-fidum. *Lab. Inf.* bifidum; persistens. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* integrum, concavum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* majore. *Stam.* 4. *Anth.* laterales. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* bifidum. *Baccæ* 4, subrotundæ.

59. MONARDA. *Linn.* 34.

Periant. tubus, striatus, 5-dentatus, persistens. *Cor. tubus* longus: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* lineare, integrum, Genitalia involvens. *Lab. Inf.* latius, 3-fidum: *Lacinia media* longiore. *Stam.* 2, involuta. *Anth.* truncatæ. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

60. ZIZIPHORA. *Linn.* 33.

Periant. tubus filiformis, longus, striatus, hispidus, 5-dentatus, persistens. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* reflexum, integrum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Laciniis* rotundatis. *Stam.* 2. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* acuminatum. *Sem.* 4.

61.

61. AMETISTHEA. *Linn.* 32.

Periant. Campanulatum, angulatum, ſemi 5-fidum, perſiſtens. *Cor. tubus* bilabiatus, 5-fidus; *Lab. Sup.* bipartitum, erectum, concavum. *Lab. Inf.* 3-partitum: *Lacinia media* longiore, concava. *Filam.* 2, longa, approximata, ſub labio ſuperiore ſita. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* duo-acuta. *Sem.* 4, angulata.

62. LYCOPUS. *Linn.* 31.

Periant. tubus ſemi 5-fidus, perſiſtens. *Cor. tubus* 4-fidus, bilabiatus; *Lab. Sup.* emarginatum, reliquis laciniis latius. *Lab Inf.* 3-partitum: *Lacinia media* minore. *Stam.* duo, diſtantia. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

63. CUNILA. *Linn.* 1106.

Periant. tubus 5-dentatus, 10-ſtriatus, perſiſtens. *Cor.* bilabiata; *Lab. Sup.* erectum, emarginatum. *Lab. Inf.* 3-partitum: *Lacinia media* lineari, truncata. *Filam.* 2, longiſſima. *Germ.* 4-partitum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4, in Calyce villis clauſo.

64. ORIGANUM. *Linn.* 645.

Involucr. ſpicatum, imbricatum, ſæpe 4-gonum: *Bracteis* coloratis. *Periant.* varium; Integerrimum; Diphyllum; bilabiatum; vel æqualiter 5-dentatum. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.*

Sup. planum, emarginatum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Laciniis* ſubæqualibus. *Stam.* 4. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* emarginatum. *Sem.* 4.

Hoffmannia, & *Majorana huc pertinent.*

65. MOLUCCELLA. *Linn.* 643.

Periant. Campanulatum, magnum: *Limbo* ampliſſimo, 5- vel 8-dentato. *Cor.* Calyce longe minor, bilabiata; *Lab. Sup.* integrum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* majore. *Stam.* 4. *Germ.* 4-partitum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

66. BALLOTA. *Linn.* 639.

Involucr. dimidiatum: *Laciniis* linearibus. *Periant.* tubulatum, 5-gonum, 10-ſtriatum, 5-dentatum, perſiſtens. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* concavum, integrum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* majore, emarginata. *Stam.* 4. *Anth.* laterales. *Germ.* 4-fidum, *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

67. MARRUBIUM. *Linn.* 640.

Periant. tubus 10-ſtriatus, 5- vel 10-dentatus: *dentibus* inæqualibus; perſiſtens. *Cor. tubus* bilabiatus. *Lab. Sup.* erectum, bifidum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* latiore, emarginata. *Stam.* 4. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

68. LAVANDULA. *Linn.* 630.

Periant. breve, 4-vel 5-dentatum; bractea ſuffultum, perſiſtens. *Cor. tubus* bilabiatus. *Lab. Sup.* erectum, bifidum. *Lab. Inf.* minus, 3-fidum: *Laciniis* ſubæqualibus. *Stam.* 4, intra corollæ tubum recondita. *Germ.* 4-partitum. *Stig.* emarginatum. *Sem.* 4.

69. AJUGA. *Linn.* 624.

Periant. 5-fidum, perſiſtens. *Cor. tubus* brevis. *Limbo* quaſi unilabiato. *Lab. Sup.* minimum, integrum. *Lab. Inf.* fine cordato, utrinque dente notato. *Stam.* 4, aſcendentia. *Germ.* 4-partitum. *Stig.* 2, inæqualia. *Sem.* 4.

70. TEUCRIUM. *Linn.* 625.

Periant. 5-fidum, perſiſtens. *Cor. tubus* brevis: *Limbo* quaſi unilabiato; *Labii Sup.* loco duo dentes. *Lab. Inf.* longum: apice ſubrotundo, utrinque dente inſtructo. *Stam.* 4, inter dentes labii ſuperioris ſita. *Germ.* 4-partitum. *Stig.* 2. *Sem.* 4.

71. ORVALA. *Linn.* 635.

Periant. tubus curvus, 5-dentatus, perſiſtens: *dentibus* inæqualibus. *Cor. tubus* brevis; *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* 3-partitum: *Segmentis* 3-dentatis. *Lab. Inf.* cordatum, crenatum. *Stam.* 4. *Germ.* 4-partitum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

72. PHLOMIS. *Linn.* 642.

Involucr. polyphyllum ſæpius adeſt. *Periant.* varians: *tubo* 5-vel 10-angulato, plicato; 5-7-8-10-dentato; rarius unilabiato, perſiſtente. *Cor. tubus* brevis, bilabiatus; *Lab. Sup.* villoſum, inflexum, concavum, labio inferiori incumbens. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* majore. *Stam.* 4. *Germ.* 4-partitum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

Leonurus Tournefortii hujus ſpecies eſt.

73. BETONICA. *Linn.* 631.

Periant. tubus in 5. ariſtas deſinens, perſiſtens. *Cor. tubus* Cylindricus, flexus: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* erectum, planiuſculum, integrum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* latiore. *Stam.* 4. *Germ.* 4-partitum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

74. DRACOCEPHALUM. *Linn.* 648.

Periant. tubus brevis, 5-dentatus; vel ventricoſus, bilabiatus. *Cor. tubus* brevis. *Faux* oblonga, inflata, maxima: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* integrum, vel bifidum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* dependente; *Lateralibus* erectis. *Stam.* 4. *Germ.* 4-partitum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

Moldavica huc revocatur.

75. LAMIUM. *Linn.* 636.

Periant. tubus in 5. ſetas deſinens. *Cor. tubus* brevis.

vis. *Faux* inflata, compreſſa, *dente* reflexo utrinque notata: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* fornicatum, integrum. *Lab. Inf.* fine cordiformi. *Stam.* 4. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

76. GALEOPSIS. *Linn.* 637.

Periant. tubus in 5. ſetas deſinens, perſiſtens. *Cor. tubus* brevis, bilabiatus; *Dentes* duo acuminati ad baſin labii inferioris. *Lab. Sup.* fornicatum, apice ſeratum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* latiore, crenata. *Stam.* 4. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

77. NEPETA. *Linn.* 629.

Periant. tubus 5-dentatus: *dentibus* irregularibus; perſiſtens. *Cor. tubus* incurvus: *Limbo* bilabiato. *Faux* margine reflexo; laciniâ breviſſimâ utrinque notata. *Lab. Sup.* erectum, planum; non nunquam valde parvum. *Lab. Inf.* concavum, ſeratum, integrum. *Stam.* 4, approximata. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

78. SATUREJA. *Linn.* 626.

Periant. tubus ſtriatus, 5-dentatus perſiſtens. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* erectum, acute emarginatum. *Lab. Inf.* 3-partitum. *Laciniis* ſubæqualibus. *Stam.* 4, approximata. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* 2. *Sem.* 4.

79. HYSSOPUS. *Linn.* 628.

Periant. tubus Cylindricus, ſtriatus, 5-dentatus, perſiſtens. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* planum, emarginatum. *Lab. Inf.* 3-partitum: *Lacinia media* majore, cordata, crenata. *Stam.* 4, quorum 2. breviora, ſub labio ſuperiore ſita; 2. labio inferiori incumbunt. *Germ.* 4-partitum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

Lophanthus ejus ſpecies eſt.

80. MENTHA. *Linn.* 633.

Periant. tubus 5-dentatus, perſiſtens. *Cor. tubus* 4-fidus, bilabiatus; *Lab. Sup.* ex lacinia latiori, bifida. *Lab. Inf.* ex 3. reliquis: *omnibus* longitudine æqualibus. *Stam.* 4, recta, ſingilatim diſtantia. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

81. STACHYS. *Linn.* 638.

Periant. tubus angulatus, 5-fidus, perſiſtens. *Cor. tubus* brevis, bilabiatus; *Lab. Sup.* fornicatum, ſæpe emarginatum. *Lab. Inf.* margine reflexo, apice 3-fido: *Lacinia media* majore, emarginata. *Stam.* 4; Deflorata ad latera reflexa. *Germ.* 4-partitum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

82. LEONURUS. *Linn.* 641.

Periant. tubus angulatus 5-7-10-dentatus, perſiſtens. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* ſemicylindraceum, gibbum, integrum. *Lab. Inf.* brevius, 3-partitum: *Laciniis* ſubæqualibus.

Stam.

cylindraceum, gibbum, integrum. *Lab. Inf.* brevius, 3-partitum. *Laciniis* ſubæqualibus. *Stam.* 4. *Anth.* oblongæ, compreſſæ, glandulis nitidis adſperſæ. *Germ.* 4. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

83. GLECHOMA. *Linn.* 634.

Periant. 5-dentatum, parvum, perſiſtens. *Cor. tubus* tenuis: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* erectum, bifidum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Lacinia media* majore, emarginata. *Stam.* 4. *Anth.* per paria in Crucis formam conniventes. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4.

84. SIDERITIS. *Linn.* 632.

Periant. tubus varius, bilabiatus, vel 5-fidus, ſæpe ſpinoſus, perſiſtens. *Cor. tubus* bilabiatus; *Lab. Sup.* emarginatum. *Lab. Inf.* 3-fidum: *Laciniis lateralibus* acutis; *media* ſubrotunda, crenata. *Stam.* 4, intra tubum corollæ recluſa. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* duo, quorum *ſuperius* truncatum, ab altero breviore vaginatum. *Sem.* 4.

85. MONNIERIA. *Linn.* 1157.

Periant. 5-partitum, perſiſtens: *Lacinia ſuprema* linearis, longa, incurva, corollam tegens. *Cor. tubus* curvus: *Limbo* bilabiato; *Lab. Sup.* ovatum, integrum. *Lab. Inf.* 4-fidum. *Squama* ad baſin germinis. *Filam.* 5, in duo corpora, quorum *alterum* Antheras duas, Stigma includentes, *Alterum* tres gerit, unita. *Germ.* 5-gonum, 5-lobum, *Stig.* Capitatum. *Caps.* 5, ovatæ, monoſpermæ.

CLASSIS II.

Flores Monopetali simplices Limbo Corollæ Quadrifido.

MONOGYNIA.

Perianthium	Stamina	Corolla	Numero		
Nullum	1	—	86	CURCUMA	*Filam.* 5, horum 4. sterilia.
			87	AMOMUM	*Filam.* 1, membranaceum.
	4	—	88	VALANTIA	Cor. supera, plana.
			89	SCURRULA	Cor. supera, tubulata.
			90	ÆGINETIA	Cor. Infera.
Integrum	—	—	91	CISSUS	
2-fidum.	1	—	92	NAJAS	
	4	—	93	DIODIA	*Periant.* & Cor. supera.
			94	SANGUISORBA	*Periant.* Inferum. Cor. supera.
			95	PENÆA	Cor. Infera. *Styl.* 4-gonus.
			96	OBOLARIA	Cor. Infera. *Styl.* simplex.
3-fidum.	—	—	97	CRUCIANELLA	*Periant.* 3-phyllum.
			—	CORDIA	*Periant.* tubulatum, 3-dentatum. 152

Perianthium	Stamina	Corolla	Numero		
4-fidum.	2	—	98	VERONICA	Cor. Rotata. Lacinia infima anguſtior.
			99	CHIONANTHUS	Cor. tubus brevis. Laciniæ longiſſimæ.
			—	VERBENA	Cor. tubus curvus- - - - 180
			100	LIGUSTRUM	Cor. tubus rectus, longus. *Bacca.*
			101	SYRINGA	Cor. tubus longus. *Capſula.*
			102	PHILLYREA	Cor. tubus brevis. *Bacca.*
			103	OLEA	Cor. tubus brevis. *Drupa.*
—	4	Supera	104	KNOXIA	*Periant.* 4-phyllum. Folium unum triplo majus.
			105	MITCHELLA	*Cor.* binæ in eodem germine.
			106	GALIUM	*Cor.* plana.
			107	RUBIA	*Cor.* concava, patens.
			108	PAVETTA	*Cor.* tubuloſa, *Stig.* curvum.
			109	CATESBÆA	*Stig.* ſimplex. *Bacca* polyſperma.
			110	PETESIA	*Stig.* bifidum. *Bacca* polyſperma.
			111	IXORA	*Bacca* 2-locularis, 4-ſperma.

Perianthium	Stamina	Corolla	Numero		
4-fidum.	4	Supera	112	HEDYOTIS	*Caps.* 2-locularis, polysperma.
			113	ASPERULA	*Sem.* duo, globosa, nuda.
			114	SPERMACOCE	*Sem.* duo, bidentata, nuda.
			115	SHERARDIA	*Sem.* duo, 3-dentata, nuda.
		Infera	116	POLYPREMUM	*Periant.* 4-phyllum. *Cor.* Rotata.
			117	EXACUM	*Periant.* 4-phyllum. *Cor.* tubus globosus.
			118	RHACOMA	*Cor.* 4-partita. *Laciniæ* fimbriatæ.
			119	SCOPARIA	*Cor.* 4-partita. *Caps.* bivalvis.
			120	CENTUNCULUS	*Cor.* Rotata. *Caps.* circumscissa.
			121	LIPPIA	*Filam.* duo breviora.
			122	PLANTAGO.	*Filam.* longissima. *Cor.* limbus flexus.
			——	MIMOSA	*Filam.* longissima. *Cor.* semi 4-fida. 268
			123	BLÆRIA	*Filam.* Receptaculo inserta.
			124	BUDDLEJA	*Stam.* ex incisuris Corollæ campanulatæ.

Hou-

Perianthium	*Stamina*	*Corolla*	*Numero*		
4-fidum.	4	*Infera*	125	HOUSTONIA	*Caps.* 2-locularis. 2-sperma.
			126	CALLICARPA	*Bacca* 4-sperma.
	plura	*Supera*	127	SANTALUM	*Stam.* tubo corollæ imposita.
			128	VACCINIUM	*Stam.* Receptaculo inserta.
			129	HALESIA	*Stam.* 12. ad 16.
		Infera	130	ERICA	*Styl.* simplex.
			131	RHIZOPHORA	*Stylus* nullus.
			132	DIOSPYROS	*Styl.* 4-fidus.
5-fidum.	4	—	133	AVICENNIA	
Calyx Communis	—	*Aggregatæ*	134	CEPHALANTHUS	*Calyx Comm.* fere nullus. *Periant.* superum.
			135	KNAUTIA	*Cal. Comm.* simplex, 5-florus.
			136	PROTEA	*Cal. Comm.* Polyphyllus. *Periant.* Nullum.
			137	DIPSACUS	*Cal. Comm.* Polyphyllus. *Periant.* superum.
			138	GLOBULARIA	*Cal. Comm.* Polyphyllus. *Periant.* inferum.
			139	SCABIOSA	*Cal. Comm.* Polyphyllus. *Periant.* duplex.

Perianthium	*Stamina*	*Corolla*	*Numero*		
				DIGYNIA.	
—	—	—	140	CUSCUTA	*Cor.* ovata.
			—	SWERTIA	*Nectar.* Pori ad basin laciniarum corollæ - - - 27
			—	GENTIANA	*Receptacula* seminum duo - - 277
			141	BETULA	*Monoic. Stam.* 4.
			142	POTERIUM	*Monoic. Stam.* multa.
				TETRAGYNIA.	
—	—	—			
—	—	—	143	ILEX	*Stam.* 4. *Cor.* Rotata.
			144	COLDENIA	*Stam.* 4. *Cor.* Infundibuliformis.
			—	COTYLEDON	*Stam.* 8. - - 299

CLAS-

CLASSIS II.

Flores Monopetali Simplices Limbo Corollæ Quadrifido.

MONOGYNIA.

86. CURCUMA. *Linn.* 6.

Spathæ plures Partiales, deciduæ. *Periant.* nullum. *Cor.* ſupera: *tubo* anguſto: *Limbo* 4-fido: *Laciniæ* 3. anguſtæ, 4ta major. *Filam.* 5, quorum 4. ſterilia. *Anth.* unica, adnata. *Stig.* uncinatum. *Caps* 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

87. AMOMUM. *Linn.* 2.

Spathæ plures, Partiales, imbricatæ. *Periant.* nullum. *Cor.* ſupera: *tubo* brevi, 4-fido: *Laciniis* irregularibus, inæqualibus. *Filam.* 1, Petaliforme. *Anth.* linearis, adnata. *Stig.* obtuſum. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

88. VALANTIA. *Linn.* 1019.

Periant. nullum. *Cor.* ſupera, 4-partita, plana. *Stam.* 4. *Germ.* magnum. *Styl.* bifidus. *Stig.* capitata. *Sem.* 1, globoſum, in capſula coriacea, compreſſa.

Mascul. Flores in eadem planta. *Cor.* 3-vel 4-partita. *Stam.* 3, vel 4. *Germ.* parvum *Stig.* obsoletum.

89. SCURRULA. *Linn.* 123.

Periant. nullum. *Cor.* supera, tubulosa, 4-fida. *Stam.* 4, laciniis corollæ inserta. *Bacca* turbinata.

est planta parasitica.

90. ÆGINETIA. *Linn.* 695.

Spatha inflata, colorata, univalvis, dehiscens. *Periant.* nullum. *Cor. tubus* basi globosus, inflatus: *Limbo* parvo, margine repando. *Stam.* 4, quorum duo breviora. *Germ.* ovatum. *Stig.* globosum, magnum, reflexum. *Fructus* ignotus.

91. CISSUS. *Linn.* 137.

Periant. parvum, planum, integerrimum. *Cor.* 4-partita. *Stam.* 4, receptaculo inserta. *Germ.* 4-gonum, subrotundum. *Stig.* simplex. *Bacca* rotunda, monosperma. *Sem.* osseum.

92. NAJAS. *Linn.* 974.

Dioic. Masc. Periant. Cylindraceum, bifidum. *Cor.* tubulosa, 4-fida. *Laciniis* revolutis. *Filam.* nullum. *Anth.* unica, oblonga, crassa, erecta. *Fem. Periant.* & *Cor.* nulla. *Styl.* simplex, persistens.

ſiſtens. *Caps.* ovata, unilocularis, polyſperma.

93. DIODIA. *Linn.* 114.

Periant. diphyllum, ſuperum, perſiſtens. *Cor. tubus* tenuis, 4-fidus. *Stam.* 4. *Stig.* bifidum. *Caps.* oblonga, 4-gona, coronata, 2-locularis, 2-ſperma.

94. SANGUISORBA. *Linn.* 136.

Periant. 2-phyllum, inferum, breve, deciduum. *Cor.* ſupera, 4-partita, plana: *Laciniis* ovatis, unquibus unitis; perſiſtens. *Filam.* 4, ſuperne latiora. *Germ.* 4-gonum, inter calycem, & corollam. *Styl.* breviſſimus. *Stig.* obtuſum. *Caps.* 2-locularis, polyſperma.

95. PENÆA. *Linn.* 129.

Periant. concavum, diphyllum, coloratum, deciduum. *Cor.* campanulata, 4-fida. *Stam.* 4, minima, in diviſuris corollæ ſita. *Germ.* 4-gonum. *Styl.* membranis 4 alatus. *Stig.* cruciforme, perſiſtens. *Caps.* 4-gona, 4-locularis, 8-ſperma.

96. OBOLARIA. *Linn.* 696.

Periant. 2-phyllum. *Cor.* ventricoſa: *Limbo* 4-fido: *Laciniis* bifidis. *Stam.* 4, minima, inæqualia, ex diviſuris corollæ nata. *Stig.* bifi-

dum, perſiſtens. *Caps.* Ventricoſa, compreſſa, 1-locularis, polyſperma.

97. CRUCIANELLA. *Linn.* 118.

Periant. 3-phyllum, rigidum, inferum. *Cor.* ſupera: *tubo* longo, tenui: *Limbo* parvo, 4-fido. *Stam.* 4, in ore tubi poſita. *Germ.* compreſſum, inter Calycem, & corollam ſitum. *Stig.* 2, irregularia. *Sem.* 2, linearia.

98. VERONICA. *Linn.* 25.

Periant. 4-partitum, perſiſtens. *Cor.* *tubus* longitudine varius: *Limbo* 4-partito: *Lacinia infima* anguſtiore. *Stam.* 2, ſurſum inclinata. *Styl.* declinatus. *Stig.* ſimplex. *Caps.* compreſſa, 2-locularis, 2-valvis, polyſperma.

99. CHIONANTHUS. *Linn.* 21.

Periant. 4-partitum, parvum, perſiſtens. *Cor.* 4-partita: *tubo* breviſſimo: *Laciniis* linearibus, erectis, longiſſimis. *Stam.* 2, raro 3, breviſſima, tubo corollæ inſerta. *Styl.* brevis. *Stig.* 3-fidum. *Drupa* rotunda. *Nux* ſtriata.

100. LIGUSTRUM. *Linn.* 18.

Periant. 4-dentatum, parvum. *Cor.* *tubus* longus: *Limbo* 4-fido. *Stam.* 2. longitudine tubi corollæ. *Styl.* breviſſimus. *Stig.* bifidum. *Bacca* globoſa, 4-ſperma.

101.

101. SYRINGA. *Linn.* 22.

Periant. 4-dentatum, minimum. *Cor. tubus* longus: *Limbo* 4-fido. *Stam.* 2. breviſſima, intra corollæ tubum abſcondita. *Styl.* brevis. *Stig.* bifidum. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis, 2-ſperma.

102. PHILLYREA. *Linn.* 19.

250. LITHOSPERMUM. *Linn.* 166.

Periant. 5-partitum, erectum, perſiſtens: *Laciniis* carinatis. *Cor.* Infundibuliformis. *Faux* pervia: *Limbo* 5-fido. *Filam.* 5, breviſſima. *Anth.* oblongæ. *Germ.* 4. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4, glabra in calyce.

251.

251. BORAGO. *Linn.* 172.

Periant. 5-partitum, perſiſtens. *Cor.* rotata: *tubo* vix ullo: *Limbo* 5-partito, plano. *Faux Radiis* in conum conniventibus clauſa. *Stam.* 5. *Anth.* in medio Filamentorum adnatæ. *Germ.* 4-fidum. *Stig.* ſimplex. *Sem.* 4, Rugoſa.

Boraginella Sigesbeck. Periant. 5-gonum, baſi *alis* 5. acutis inſtructum. *Cor.* tubulata. *Faux* maculis adſperſa, pervia: *huc pertinet.*

252. SYMPHYTUM. *Linn.* 170.

Periant. 5-gonum, 5-partitum, perſiſtens. *Cor.* *tubus* brevis. *Faux* tubulato-ventricoſa, *Radiis* 5, in conum conniventibus, clauſa: *ore* 5-dentato. *Filam.* 5, breviſſima. *Anth.* tectæ. *Germ.* 4. *Stig.* ſimplex. *Sem.* 4, in calyce ampliato.

253. HELIOTROPIUM. *Linn.* 164.

Periant. *tubus* 5-dentatus, perſiſtens. *Cor.* Hypocrateriformis: *Limbo* 5-fido: *Dentibus* inter Lacinias poſitis. *Faux ſquamis* conniventibus clauſa. *Filam.* 5, breviſſima. *Anth.* tectæ. *Germ.* 4. *Stig.* emarginatum. *Sem.* 4. in calyce.

254. MYOSOTIS. *Linn.* 165.

Periant. 5-fidum, erectum, perſiſtens. *Cor.* Hypocrateriformis: *Limbo* 5-fido: *Laciniis* emarginatis. *Faux ſquamis* 5. prominentibus

bus clauſa. *Filam.* 5, breviſſima. *Anth.* tectæ. *Germ.* 4. *Stig.* obtuſum. *Sem.* 4. in calyce.

255. LYCOPSIS. *Linn.* 174.

Periant. 5-partitum, patulum, perſiſtens. *Cor. tubus* incurvus: *Limbo* 5-fido. *Faux ſquamis* 5. prominentibus clauſa. *Stam.* 5, minima, tecta. *Germ.* 4. *Stig.* 2-fidum. *Sem.* 4. in calyce inflato, maximo.

256. ASPERUGO. *Linn.* 173.

Periant. 5-fidum, erectum, perſiſtens: *Dentibus* inter Lacinias poſitis. *Cor. tubus* brevis: *Limbo* parvo, 5-fido. *Faux ſquamis* 5. prominentibus clauſa. *Stam.* 5, minima, tecta. *Germ.* 4. *Stig.* bifidum. *Sem.* 4, in calyce magno, erecto, compreſſo: *lobis* paralellis.

257. CYNOGLOSSUM. *Linn.* 168.

Periant. 5-partitum, perſiſtens. *Cor. tubus* brevis: *Limbo* 5-fido. *Faux ſquamis* 5. prominentibus clauſa. *Filam.* 5, breviſſima. *Anth.* nudæ. *Germ.* 4. *Styl.* perſiſtens. *Stig.* emarginatum. *Caps.* 4, depreſſæ, ſcabræ, lateribus ſtylo adnatæ, 1-ſpermæ.

258. ANCHUSA. *Linn.* 167.

Periant. 5-partitum, erectum, perſiſtens. *Cor. tubus* baſi priſmaticus: *Limbo* 5-fido. *Faux ſquamis* 5. prominentibus clauſa. *Filam.* 5, breviſſima. *Anth.* tectæ. *Germ.* 4. *Stig.* emar-

emarginatum. *Sem.* 4, gibba in ſinu calycis.

259. GAULTHERIA. *Linn.* 487.

Periant. duplex. *Exterius* 2-phyllum, *Interius* tubulatum, 5-fidum, perſiſtens. *Cor.* ovata: *ore* 5-fido. *Stam.* 10. *Anth.* bicornes. *Squamulæ* 10, Germen cingentes. *Caps.* ſubrotunda, calyce Baccato tecta; 5-locularis, 5-valvis, polyſperma.

260. EPIGÆA. *Linn.* 486.

Periant. duplex. *Exterius* 3-phyllum, *Interius* longius, 3-partitum. *Cor. tubus* interne hirſutus: *Limbo* 5-partito, plano. *Stam.* 10. *Stig.* emarginatum. *Caps.* globoſa, 5-locularis, 5-valvis, polyſperma.

261. KALMIA. *Linn.* 482.

Periant. 5-partitum, perſiſtens. *Cor.* tubuloſa: *Limbo* 5-partito, plano. *Nectar. Cornua* quinque ſub limbo corollæ. *Stam.* 10. *Caps.* globoſa, 5-locularis, 5-valvis, polyſperma.

262. ARBUTUS. *Linn.* 488.

Periant. 5-partitum, parvum, perſiſtens. *Cor.* ovata, baſi planiuſcula, Diaphana: *ore* 5-fido. *Stam.* 10, brevia. *Anth.* bifidæ. *Stig.* craſſiuſculum, obtuſum. *Bacca* 5-locularis, polyſperma. *Receptaculum* punctis 10. notatum.

263. ANDROMEDA. *Linn.* 485.

Periant. 5-partitum, parvum, perſiſtens. *Cor.* va-

ria in diverſis: *tubo* ſæpius ventricoſo: *Limbo* 5-fido. *Stam.* 10, brevia. *Anth.* bifidæ. *Styl.* longus, perſiſtens. *Stig.* obtuſum. *Caps.* ſubrotunda, 5-gona, 5-valvis, polyſperma.

264. TINUS. *Linn.* 1133.

Periant. campanulatum, 5-fidum, erectum. *Cor.* 5-partita. *Stam.* 9, brevia. *Anth.* cordatæ. *Nectar.* urceolatum. *Germ.* globoſum, intra nectarium ſitum. *Styl.* brevis. *Stig.* 3, obtuſa. *Bacca* 3-locularis, 3-ſperma.

265. RHODODENDRON. *Linn.* 484.

Periant. 5-partitum, parvum, perſiſtens. *Cor.* Infundibuliformis, vel Rotata: *Limbo* 5-fido: *Laciniis* obtuſis. *Stam.* 10, declinata. *Caps.* ſubrotunda, 5-locularis, polyſperma.

266. STYRAX. *Linn.* 527.

Periant. tubus 5-dentatus, brevis. *Cor. tubus* brevis: *Limbo* magno, 5-partito, patulo. *Stam.* 12, vel plura. *Stig.* truncatum. *Drupa* ſubrotunda, unilocularis, 2-ſperma.

267. ANACARDIUM. *Linn.* 467.

Periant. 5-partitum, erectum, deciduum. *Cor. tubus* brevis: *Limbo* 5-partito, magno: *Laciniis* reflexis. *Stam.* 10. *Styl.* inflexus. *Stig.* acutum. *Nux* reniformis, magna, Receptaculo turbinato, carnoſo, maximo, impoſita.

268. MIMOSA. *Linn.* 597. *pag.* 1310.

Periant. 4-vel 5-dentatum, minimum. *Cor.*

tu-

tubus parvus: *Limbo* 4-vel 5-fido. *Filam.* 4, 5, 10, vel plura, longiſſima. *Styl.* brevior. *Stig.* truncatum. *Legumen* longum, polyſpermum: *Septis* transverſis.

Fl. Maſcul. in eadem Planta ſimul.

269. SERIPHIUM. *Linn.* 894.

Periant. oblongum, imbricatum, perſiſtens. *Cor.* tubuloſa, Germini inſidens: *Limbo* 5-fido. *Filam.* 5. *Anth.* in tubum coalitæ. *Stig.* diphyllum. *Sem.* 1, oblongum, calyce coarctatum.

270. DIAPENSIA. *Linn.* 177.

Periant. 5-phyllum: *Foliis tribus* imbricatis: *omnibus* æqualibus, perſiſtentibus. *Cor. tubus* cylindraceus: *Limbo* 5-fido, plano. *Stam.* 5, brevia, tubo corollæ impoſita. *Stig.* obtuſum. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

271. GALAX. *Linn.* 244.

Periant. 10-phyllum: *Foliis alternis* exterioribus, minoribus, reflexis. *Cor.* tubuloſa: *Limbo* 5-fido. *Stam.* 5. *Anth.* conniventes. *Germ.* villoſum. *Styl.* ſemi-bifidus. *Caps.* elaſtica, 1-locularis, 2-valvis, 2-ſperma.

272. ALLIONIA. *Linn.* 1112.

Flores aggregati. Calyx Comm. 3-phyllus, vel 5-fidus, 3-florus. *Periant.* obſoletum, ſuperum. *Cor.* tubuloſa: *Limbo* irregulari, 5-fi-

do. *Filam.* 4, longa, in unum latus flexa. *Stylus* adhuc longior. *Stig.* multifidum. *Sem.* oblonga, 5-angulata, nuda.

273. PARTHENIUM. *Linn.* 939.

Flores aggregati Monoici. Calyx Comm. 5-phyllus, patens. *Mascul. Cor.* in disco plures, tubulosæ: *Limbo* 5-fido: *Filam.* 5. *Anth.* liberæ. *Styl.* brevis. *Stig.* nullum. *Germ.* minimum. *Fem.* in radio quinque. *Cor.* quasi ligulata, Disco non major. *Germ.* magnum, cordatum. *Styl.* simplex. *Stig.* 2, longa. *Sem.* turbinato-cordatum, nudum. *Receptac.* paleaceum, parvum.

DIGYNIA.

274. GOMPHRENA. *Linn.* 279.

Flores in capitulum collecti. Periant. 3-phyllum, coloratum: *Foliis duobus* carinatis, *tertio* minore. *Cor.* calyciformis, 5-partita, parva, persistens. *Nectar.* cylindraceum, 10-dentatum. *Stam.* 5, parva. *Anth.* corollæ os claudentes. *Styli* duo, parvi. *Caps.* subrotunda, 1-sperma.

275. SWERTIA. *Linn.* 284.

Periant. 4-vel 5-partitum, planum, persistens. *Cor.* 4-vel 5-partita, plana: *Laciniis* sæpe cor-

corniculatis. *Nectar.* *Puncta duo* setis cincta, ad basin singulæ laciniæ corollæ sita. *Stam.* 4, vel 5, brevia. *Styl.* nullus. *Stig.* duo. *Caps.* teres, 1-locularis, 2-valvis, polysperma.

276. CRESSA. *Linn.* 277.

Periant. 5-phyllum, persistens: *Foliis* ovatis. *Cor.* *tubus* inferne ventricosus. *Limbo* 5-partito, plano. *Stam.* 5, longa, tubo corollæ imposita. *Germ.* ovatum. *Styli* 2, longi. *Caps.* 2-valvis, 1-sperma.

277. GENTIANA. *Linn.* 285.

Periant. 4-5-vel 8-fidum, persistens. *Cor.* varia; Rotata; Concava; Campaniformis; Ventricosa; vel Infundibuliformis; 4-5-vel 8-fida: *Laciniis* interdum ciliatis. *Stam* 4, 5, vel 8, brevia. *Germ.* longitudine staminum. *Styl.* nullus. *Stig.* duo, ovata. *Caps.* acuminata, bicornis, 1-locularis, 2-valvis, polysperma. *Receptacula seminum* duo longitudinalia.

278. STAPELIA. *Linn.* 271.

Periant. 5-fidum, parvum, persistens. *Cor.* 5-partita, magna, plana. *Laciniis* acutis. *Nectar.* *Stellulæ duæ* planæ, 5-fidæ. *Altera* ambiens; *Altera* tegens Genitalia. *Filam.* 5, lata. *Anth.* lineares, adnatæ. *Germ.* duo. *Styl.* nullus. *Stig.* obsoleta. *Fruct.* *Foliculi* duo, oblongi, 1-loculares, 1-valves, polyspermi.

279. CYNANCHUM. *Linn.* 268.

Periant. 5-dentatum, parvum, perſiſtens. *Cor.* 5-partita, plana: *Laciniis* linearibus, longis. *Nectar.* cylindraceum, 5-dentatum, in centro floris ſitum. *Filam.* 5. *Anth.* contingentes. *Germ.* bifidum. *Stylus* nullus. *Stig.* obtuſa. *Fructus Foliculi* duo, oblongi, acuminati, uniloculares, polyſpermi.

280. ASCLEPIAS. *Linn.* 270.

Periant. 5-fidum, parvum, perſiſtens. *Cor.* 5-partita, patens. *Nectaria* 5, ovata, extrorſum aurita, introrſum corniculata, circa Genitalia ſita. *Corpuſculum* truncatum Genitalia tegens. *Stam.* 5, minima. *Germ.* duo. *Styli* minimi. *Fruct. Foliculi* duo, oblongi, magni, uniloculares, 1-valves, polyſpermi.

281. PERIPLOCA. *Linn.* 267.

Periant. 5-partitum, parvum, perſiſtens. *Cor.* 5-partita, plana: *Laciniis* linearibus. *Nectar. Foveæ* 5, ſetas exerentes, circa Genitalia ſitæ. *Stam.* 5, minima. *Anth.* in capitulum conniventes. *Germ.* 2-fidum: *Styl.* minimi. *Fruct. Foliculi* duo, oblongi, magni, 1-loculares, 1-valves, polyſpermi.

282. APOCYNUM. *Linn.* 269.

Periant. 5-fidum, parvum, perſiſtens; interdum nullum. *Cor.* ſubrotunda, ſemi 5-fida. *Stam.* 5, minima. *Nectar. ſetæ* 5, cum ſtaminibus al-

alternæ. *Anth.* conniventes. *Germ.* duo. *Styli* minimi. *Stig.* globosa, magna. *Fruct. Foliculi* duo, longi, 1-loculares, 1-valves, polyspermi.

283. NERIUM. *Linn.* 262.

Periant. 5-partitum, parvum, persistens. *Cor. tubus* parvus: *Limbo* 5-partito, magno. *Nectar. Corona lacera* in ore tubi corollæ sita. *Stam.* 5, minima. *Anth.* sagittatæ, conniventes. *Germ.* bifidum, *Styli* minimi. *Fruct. Foliculi* duo, longi, recti, uniloculares, 1-valves, polyspermi. *Sem.* plumosa.

284. CEROPEGIA. *Linn.* 266.

Periant. 5-dentatum, minimum, persistens. *Cor. tubus* longus, basi ventricosus. *Limbo* parvo, 5-fido: *Laciniis* apice conniventibus. *Stam.* 5, minima, conniventia, e basi corollæ nata. *Germ.* duo, minima. *Styli* minimi. *Fruct. Foliculi* duo, longi, recti, 1-loculares, 1-valves, polyspermi. *Sem.* plumosa.

285. PLUMERIA. *Linn.* 263.

Periant. 5-partitum, parvum, persistens. *Cor. tubus* sensim ampliatus: *Limbo* 5-fido: *Laciniis* patulis. *Stam.* 5, minima, in tubi medio sita. *Anth.* conniventes. *Germ.* 2-fidum. *Styli* minimi. *Fruct. Foliculi* duo, ventricosi, reflexi, 1-loculares, 1-valves, polyspermi. *Sem.* propriæ membranæ adnata.

286. CAMERARIA. *Linn.* 264.

Periant. 5-dentatum, parvum, perſiſtens. *Cor.* tubuloſa: *Limbo* 5-fido, plano. *Stam.* 5, minima, conniventia, in tubi medio ſita. *Germ.* duo. *Styli* minimi. *Fruct. Foliculi* duo, oblongi, horizontaliter reflexi, 1-loculares, 1-valves, polyſpermi. *Sem.* membranæ propriæ adnata.

287. TABERNÆMONTANA. *Linn.* 265.

Periant. 5-dentatum, parvum, perſiſtens. *Cor.* tubuloſa: *Limbo* 5-fido, plano. *Stam.* 5, minima, conniventia, in medio tubi ſita. *Germ.* duo. *Styli* duo. *Fruct. Foliculi* duo, horizontaliter reflexi, 1-loculares, 1-valves, polyſpermi. *Sem.* pulpæ immerſa.

288. ROYENA. *Linn.* 491.

Periant. ventricoſum, 5-dentatum, perſiſtens. *Cor.* tubulata: *Limbo* 5-fido, revoluto. *Filam.* 10, breviſſima. *Anth.* longæ, erectæ, didymæ. *Germ.* villoſum. *Styli* duo, breves. *Caps.* 4-ſulca, 1-locularis, 4-valvis. *Nuces* 4, oblongæ.

289. IVA. *Linn.* 940.

Flores Aggregati, Monoici. Calyx Comm. 3-phyllus. *Maſc.* in Diſco plures. *Cor.* tubulata, 5-fida. *Stam.* 5. *Anth.* liberæ.

Fem. in Radio. *Periant.* & *Cor.* nulla. *Styli* duo, longi. *Semen* obtuſum, nudum. *Receptac.* piloſum.

290.

290. AMBROSIA. *Linn.* 938.

Flores Aggregati, Monoici. Masc. Calyx Comm. simplex, 5-vel 8-fidus, multiflorus. *Cor.* tubulatæ, æquales, 5-fidæ. *Stam.* singulis 5, minima. *Anth.* distinctæ. *Receptac.* minimum, nudum.

Fem. Calyx ventricosus, 5-dentatus, uniflorus. *Cor.* nulla. *Germ.* echinatum. *Styli* duo. *Nux* in calyce indurato, aculeato, monosperma.

291. XANTHIUM. *Linn.* 937.

Flores Aggregati Monoici. Masc. Calyx Comm. imbricatus, multiflorus. *Cor.* tubulosæ, 5-fidæ, æquales. *Stam.* 5, minima. *Anth.* distinctæ. *Receptac.* minimum, paleaceum.

Fem. Calyx Comm. 2-phyllus, 2-florus. *Cor.* nulla. *Germ.* adnatum. *Styli* duo, breves, *Drupa*, oblonga, aculeata, apice bifida, 2-locularis, 2-sperma.

TRIGYNIA.

292. MONTIA. *Linn.* 96.

Periant. 2-vel 3-phyllum, persistens: *Foliis* concavis. *Cor.* 5-partita: *Laciniis* 3. alternis minoribus, staminiferis. *Stam.* 3, vel 5, parva. *Germ.* turbinatum. *Styli* 3, villosi, patentes. *Caps.* unilocularis, 3-valvis, 3-sperma.

293. VIBURNUM. *Linn.* 332.

Flores in Corymbo. Involucr. Universale, & *Partiale* polyphyllum. *Periant.* 5-dentatum, parvum, superum, persistens. *Cor.* semi-5-fida, concava. *Stam.* 5, longa. *Germ.* subrotundum. *Glandula* styli loco. *Stig.* 3, obtusa. *Bacca* subrotunda, 1-locularis, 1-sperma.

294. SAMBUCUS. *Linn.* 334.

Periant. 5-partitum, parvum, superum, persistens. *Cor.* 5-fida, plana. *Laciniis* concavis. *Stam.* 5. *Germ.* ovatum. *Glandula* styli loco. *Stig.* 3. *Bacca* subrotunda, 1-locularis, 3-sperma.

295. JATROPHA. *Linn.* 961.

Monoic. Masc. Periant. nullum. *Cor. tubus* brevis. *Limbo* magno, 5-partito, plano. *Laciniis* subrotundis, convexis. *Stam.* 5, *alterna* minora. *Rudimentum* Pistilli flaccidum.

Fem. Periant. nullum. *Cor. Petala* 5, patentia. *Germ.* 3-sulcatum. *Styli* 3, bifidi. *Caps.* 3-cocca, 3-locularis: *Loculis* bivalvibus.

296. FEVILLEA. *Linn.* 972. pag. 1292.

Dioic. Masc. Periant. campanulatum, 5-fidum. *Cor.* 5-fida, patens. *Laciniis* rotundis. *Nectar. Setæ* 5, conniventes. *Stam.* 5.

Fem. Periant. & *Cor.* similia. *Styli* 3. *Pomum.* corticosum, durum, 3-loculare, polyspermum.

297. ZANONIA. *Linn.* 990.

Dioic. Masc. Periant. 3-phyllum, parvum, patulum.

Cor.

Cor. 5-partita, patens. *Laciniis* acuminatis. *Stam.* 5, brevia.

Fem. Periant. & *Cor.* similia. *Germ.* oblongum, inferum. *Styli* 3, conici, patentes, persistentes. *Stig.* bifida. *Bacca* truncata, magna, 3-locularis. *Sem.* 6, oblonga.

PENTAGYNIA.

298. ADOXA. *Linn.* 450.

Periant. 2-phyllum, inferum, persistens. *Cor.* supera, 5-fida, plana. *Laciniis* ovatis. *Stam.* 10, brevia. *Germ.* inter calycem, & corollam. *Styli* 5, erecti, persistentes. *Bacca* 5-locularis, 5-sperma.

Flos spicæ terminatrix excludit unam quintam in omni Fructificationis parte.

299. COTYLEDON. *Linn.* 512.

Periant. 4-vel 5-fidum, parvum. *Cor.* ventricosa, 4 vel 5-fida. *Laciniis* revolutis. *Nectar. Squamæ* 4, vel 5, Germina cingentes. *Stam.* 8, vel 10. *Germ.* 4, vel 5. *Styli* totidem, longi. *Caps.* 4, vel 5, acuminatæ, 1-loculares, 1-valves, polyspermæ.

CLAS-

CLASSIS IV.

Flores Monopetali ſimplices
Limbo Corollæ ſexfido.

MONOGYNIA.

Perianthium	Stamina	Corolla	Numero		
Nullum	1		300	KÆMPFERIA	
	3	*Supera*	301	ANTHOLYZA	*Cor.* tubus flexus.
			302	CROCUS	*Cor.* tubus rectus.
			303	IRIS	*Cor.* ſexpartita, regularis.
			304	GLADIOLUS	*Cor.* ſexpartita, irregularis.
		Infera	--	BULBOCODIUM	- - - - 302
	6	*Supera*	305	HÆMANTHUS	*Involucr.* umbellæ.
			306	HEMEROCALLIS	*Stam.* declinata.
			307	HYPOXIS	*Stam.* recta corolla breviora.
			308	AGAVE	*Stam.* recta corolla non breviora.
		Infera	--	COLCHICUM	*Cor.* Radicalis. 324
			309	POLIANTHES	*Cor.* tubus curvus.
			310	ALETRIS	*Cor.* Rugoſa.
			311	CRINUM	*Cor.* Laciniæ alternæ uncinatæ.
			312	ASPHODELUS	*Squamæ* ſtaminiferæ.
			313	ALOE	*Stam.* Receptaculo inſerta.
			314	HYACINTHUS	*Pori* tres in apice germinis.
			315	CONVALLARIA	*Bacca* 3-ſperma.

GETHYL-

Perianthium	*Stamina*	*Corolla*	*Numero*		
Null.	12	—	316	GETHYLLIS	
Integ.	—	—	317	LORANTHUS	
3-*fidum.*	1	—	318	ALPINIA	*Cor.* ventricosa.
			319	MARANTA	*Cor.* tubo flexo.
			320	CANNA	*Cor.* 6-partita.
	6	—	—	CORDIA	- - - - - 152
6-*fidum.*			321	RICHARDIA	*Periant.* superum.
			322	PRINOS	*Periant.* inferum.

TRIGYNIA.

—	—	—	323	BASELLA	*Stamina* 5.
			324	COLCHICUM	*Stamina* 6.
			325	RHEUM	*Stamina* 9.

CLASSIS IV.

Flores Monopetali ſimplices Limbo Corollæ ſexfido.

MONOGYNIA.

300. KÆMPFERIA. *Linn.* 7.

Spatha Radicalis, ſimplex, dehiſcens. *Periant.* nullum. *Cor.* tubulata, quaſi duplex, ſupera: *Limbo* 6-partito: *Laciniæ tres alternæ* lanceolatæ; *duæ* ovatæ; *ſexta* bipartita, maxima. *Filam.* 1, latum, bicorne. *Anth.* linearis, adnata. *Caps.* 3-gona, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

301. ANTHOLYZA. *Linn.* 56.

Spathæ vagæ. *Periant.* nullum. *Cor.* ſupera: *tubo* curvo: *Limbo* 6-partito, compreſſo. *Laciniæ* inæquales: *infima* dependente. *Stam.* 6, potiſſimum diſtantia. *Styl.* aſcendens. *Stig.* 3-fidum. *Caps.* 3-gona, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

302. CROCUS. *Linn.* 53.

Spatha Radicalis, univalvis. *Periant.* nullum. *Cor.* ſupera: *tubo* filiformi, longo, recto: *Limbo* 6-partito, æquali. *Filam.* 3, brevia. *Anth.* ſagittatæ. *Styl.* brevis. *Stig.* 3, con-

vo-

voluta, ſerrata, colorata. *Caps.* ſubrotunda, 3-gona, 3-locularis, polyſperma.

Bulbocodium Spatha 2-phylla. *Cor.* infera, 6-partita. *huc refertur.*

303. IRIS. *Linn.* 57.

Spathæ vagæ. *Periant.* nullum. *Cor.* 6-partita, ſupera. *Laciniis* 3. *externis* reflexis; *internis* erectis, ſæpius barbatis. *Stam.* 3, diſtantia. *Styl.* breviſſimus. *Stig.* 3, petaliformia, lata, apice bifida, ſtamina deprimentia. *Caps.* 3- vel 6-gona, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

304. GLADIOLUS. *Linn.* 55.

Spathæ vagæ. *Periant.* nullum. *Cor.* 6-partita, ſupera, æqualis: *Laciniæ tres ſuperiores* conniventes; *inferiores* reflexæ. *Stam.* 3, aſcendentia. *Styl.* ſimplex. *Stig.* 3-fidum, concavum. *Caps.* 3-gona, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

305. HÆMANTHUS. *Linn.* 394.

Involucr. umbellæ 6-phyllum, magnum, perſiſtens. *Periant.* nullum. *Cor.* 6-partita, ſupera: *Laciniis* linearibus. *Stam.* 6, longa. *Styl.* longus. *Caps.* ſubrotunda, 3-locularis, 3-ſperma.

306. HEMEROCALLIS. *Linn.* 391.

Periant. nullum. *Cor.* tubulata, ſupera: *Limbo* 6-fido: *Laciniæ tres internæ* latiores. *Stam.* 6, declinata, *ſuperiora* breviora. *Styl.* declinatus.

tus. *Stig.* 3-gonum. *Caps.* ovata, 3-loba, 3-locularis, 3-valvis, 3-sperma.

307. HYPOXIS. *Linn.* 1127.

Periant. nullum. *Cor.* 6-partita; raro tubulata, supera, patens, persistens. *Filam.* 6, brevia. *Anth.* oblongæ. *Styl.* brevis. *Caps.* turbinata, coronata, 3-locularis, 3-valvis, polysperma.

308. AGAVE. *Linn.* 390.

Periant. nullum. *Cor.* 6-partita, erecta, supera. *Stam.* 6, corolla longiora, vel eam adæquantia. *Caps.* oblonga, 3-locularis, 3-valvis, polysperma.

309. POLIANTHES. *Linn.* 384.

Periant. nullum. *Cor. tubus* curvus: *Limbo* 6-partito, æquali. *Filam.* 6, crassa, ad faucem corollæ sita. *Anth.* lineares, Filamentis longiores. *Stig.* crassum, 3-fidum. *Caps.* subrotunda, 3-locularis, 3-valvis, polysperma.

310. ALETRIS. *Linn.* 387.

Periant. nullum. *Cor. tubus* 6-gonus, valde Rugosus, semi 5-fidus, persistens: *Laciniis* acutis. *Stam.* 6, basi laciniarum corollæ inserta. *Stig.* 3-fidum. *Caps.* 3-locularis, polysperma.

311. CRINUM. *Linn.* 366.

Involucr. umbellæ 2-phyllum, spathæforme. *Cor. tubus* flexus: *Limbo* 6-fido: *Laciniæ 3. exteriores* uncinatæ. *Stam.* 6, in ore tubi corol-

rollæ ſita. *Anth.* incumbentes. *Styl.* brevis. *Stig.* 3-fidum, minimum. *Caps.* 3-locularis, polyſperma.

312. ASPHODELUS. *Linn.* 379.

Periant. nullum. *Cor.* 6-partita, patens: *Laciniis* lanceolatis. *Nectar. valvulæ* 6, ſtaminiferæ, Germen cingentes. *Stam.* 6, arcuata, æqualia. *Stig.* capitatum. *Caps.* carnoſa, ſubrotunda, 3-loba, 3-locularis, polyſperma.

313. ALOE. *Linn.* 389.

Periant. nullum. *Cor.* 6-partita, baſi nectarifera: *Laciniis* erectis. *Stam.* 6, brevia, Receptaculo inſerta. *Styl.* brevis. *Stig.* obtuſum. *Caps.* oblonga, 3-ſulca, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

314. HYACINTHUS. *Linn.* 385.

Periant. nullum. *Cor.* varia; tubuloſa; ventricoſa, 6-fida, vel 6-partita; Regularis, vel Irregularis. *Nectar. Pori* tres ad apicem germinis poſiti. *Stam.* 6, brevia. *Styl.* brevis. *Stig.* obtuſum. *Caps.* 3-quetra, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

315. CONVALLARIA. *Linn.* 383.

Periant. nullum. *Cor.* globoſa; vel tubuloſa, baſi ventricoſa; glabra: *Limbo* 6-fido. *Stam.* 6, brevia. *Germ.* globoſum. *Stig.* 3-gonum. *Bacca* globoſa, ante maturitatem maculata, 3-locularis, 3-ſperma.

316. GETHYLLIS. *Linn.* 523.

Spatha lanceolata, inflata, dehiscens. *Periant.* nullum. *Cor. tubus* longus, tenuis, superus: *Limbo* 6-partito, magno, plano. *Stam.* 12, vel 18, brevia, sexfariam tubo inserta. *Stig.* 3-fidum. *Caps.* oblonga, 3-gona, 3-locularis, polysperma.

317. LORANTHUS. *Linn.* 400.

Periant. Duplex: *Fructûs* concavum, parvum: *margine* integro. *Floris* simile. *Cor.* 6-angularis, 6-fida: *Laciniis* linearibus, revolutis. *Stam.* 6, *alterna* breviora. *Stig.* obtusum. *Caps.* subrotunda, 1-locularis, 6-sperma.

318. ALPINIA. *Linn.* 4.

Periant. 3-fidum, parvum, superum, persistens. *Cor.* quasi duplex: *Exterior tubo* brevi, basi ventricoso: *Limbo* 3-fido. *Interior* minor, 3-fida: *Laciniis* inæqualibus. *Filam.* 1, petaliforme. *Anth.* linearis, adnata. *Stig.* 3-gonum. *Caps.* carnosa, 3-locularis, 3-valvis, polysperma. *Receptacul.* pulposum, magnum.

319. MARANTA. *Linn.* 5.

Periant. 3-phyllum, parvum, superum. *Cor. tubus* oblongus, inflexus: *Limbo* 6-fido: *Laciniis* irregularibus; *alternis* minoribus. *Filam.* 1, membranaceum, petaliforme. *Anth.* linearis, ad-

adnata. *Styl.* ſimplex. *Stig.* inflexum. *Caps.* obſolete 3-gona, 3-valvis, 1-ſperma.

320. CANNA. *Linn.* 1.

Periant. 3-phyllum, parvum, ſuperum, perſiſtens. *Cor.* 6-partita: *Laciniæ tres interiores* longiores, quarum *una* reflexa, *Reliquæ* omnes erectæ. *Filam.* 1, lanceolatum, petaliforme. *Anth.* linearis adnata. *Styl.* lanceolatus, Filamento ſimilis, eique adnatus. *Stig.* lineare, adnatum. *Caps.* ſubrotunda, ſcabra, 3-ſulca, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

321. RICHARDIA. *Linn.* 397.

Periant. 6-partitum, breve, ſuperum. *Cor.* tubuloſa: *Limbo* 6-fido, erecto. *Stam.* 6, minima. *Styl.* brevis, 3-fidus. *Stig.* obtuſa. *Sem.* 3, anguloſa, ſuperne coalita.

322. PRINOS. *Linn.* 398.

Periant. 6-fidum, parvum, inferum, perſiſtens. *Cor.* 6-partita, plana: *Laciniis* ovatis. *Stam.* 6, brevia. *Styl.* brevis. *Stig.* obtuſum; *Bacca* ſubrotunda, 6-locularis. *Sem.* ſolitaria.

TRIGYNIA.

323. BASELLA. *Linn.* 343.

Periant. nullum. *Cor.* carnosa, 6-fida, connivens, persistens: *Laciniis duabus* oppositis latioribus. *Stam.* 5. *Germ.* subrotundum. *Styli* 3. *Stig.* oblonga. *Sem.* unicum in corolla clausa Baccam mentiente.

324. COLCHICUM. *Linn.* 415.

Spatha Radicalis, *Periant.* nullum. *Cor. tubus* longus, tenuis, angulatus, e Radice surgens: *Limbo* 6-fido: *Laciniis* concavis, erectis. *Stam.* 6. *Anth.* oblongæ, 4-valves. *Germ.* intra Radicem latens. *Styl.* 1, vel 3. *Stig.* canaliculata. *Caps.* 3-loba, 3-locularis, polysperma.

325. RHEUM. *Linn.* 454.

Spathæ vagæ, *Periant.* nullum. *Cor. tubus* parvus, persistens: *Limbo* 6-fido: *Laciniis alternis* minoribus. *Stam.* 9. *Anth.* oblongæ, didymæ. *Germ.* 3-quetrum. *Styl.* vix ullus. *Stig.* 3, plumosa. *Sem.* unicum, magnum, 3-quetrum.

CLAS-

CLASSIS V.

Flores Monopetali simplices Limbo Corollæ Anomalo.

MONOGYNIA.

Corollæ Limbus	Numero		
Integer	326	POPULUS	*Cal. Squama* Amenti. *Dioic.*
	327	MATTHIOLA	*Periant.* Integrum *Hermaphr.*
	328	BROSSÆA	*Periant.* 5-partitum. *Caps.* subrotunda.
	329	HIPPOCRATEA	*Periant.* 5-fidum. *Caps.* 3-loba.
	330	MARCGRAVIA	*Periant.* 6-phyllum. *Hermaphr.*
	331	RUSCUS	*Periant.* 6-phyllum. *Dioic.*
Unilabiatus	332	PISTIA	*Periant.* nullum.
	333	AMORPHA	*Cor.* Petalum vexilliforme, integrum.
	334	ACANTHUS	*Cor.* Labium 3-lobum.
	335	HEBENSTRETIA	*Cor.* Labium 4-fidum.
3-fidus	336	OLAX	*Periant.* integrum.
	337	COSTUS	*Nectar.* inflatum intra corollam.
	338	CASSYTHA	*Stam.* 3. *Glandulæ* 9. setis insidentes.
	339	CAMOCLADIA	*Stam.* 3. *Periant.* 3-partitum.
	340	TILLANDSIA	*Stam.* 6. *Periant.* 3-fidum.

Corollæ Limbus	Numero		
3-fidus	341	RENEALMIA	*Stam.* 6. *Perian.* 3-phyllum.
	342	XIMENIA	*Stam.* 8.
	——	VALLISNERIA	*Dioic. Masc.* - - - 351
Multifidus	343	TRIENTALIS	*Cor.* 7-fida. *Hermaphr.*
	344	GUETTARDA	*Cor.* 7-fida. *Monoic.*
	345	NYCTANTHES	*Cor.* 8-fida. *Stam.* 2.
	346	FUCHSIA	*Cor.* 8-fida. *Stam.* 4.
	347	SIDEROXYLON	*Cor.* 10-fida. *Laciniæ* alternæ introrsum flexæ.
	348	CHRYSOPHYLLUM	*Cor.* 10-fida. *Laciniæ* externæ patentissimæ.
	349	ACHRAS	*Cor.* 12-fida. *Stam.* 6.
		CHIRONIA	*Cor.* 12-fida. *Stam.* 12 - - - - - - 219
	350	SOLDANELLA	*Cor.* Lacero-multifida.

DIGYNIA.

——	——	GENTIANA	- - - - - - 277

TRIGYNIA.

	351	VALLISNERIA	*Dioic.*
	——	DODONÆA	*Hermaphr.* - - 143

HEXAGYNIA.

	352	ARISTOLOCHIA	

CLAS-

CLASSIS V.

Flores Monopetali ſimplices Limbo Corollæ anomalo.

MONOGYNIA.

326. POPULUS. *Linn.* 996.

Dioic. Maſc. Ament. oblongum, imbricatum. *Calyx ſquama* fimbriata, 1-flora. *Cor.* turbinata: *Limbo* ovato, obliquo, integro. *Filam.* 10, breviſſima. *Anth.* magnæ, 4-gonæ.

Fem. Amentum, *Calyx*, & *Corolla* ſimilia. *Styl.* minimus. *Stig.* 4-fidum. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis, polyſperma.

327. MATTHIOLA. *Linn.* 1101.

Periant. cylindraceum, breve, integrum, ſuperum, perſiſtens. *Cor. tubus* longus: *Limbo* integro. *Stam.* 5, brevia. *Styl.* longitudine corollæ. *Stig.* craſſiuſculum. *Drupa* globoſa, calyce coronata; *Nux* globoſa.

328. BROSSÆA. *Linn.* 1095.

Periant. 5-partitum: *Laciniis* longis, erectis. *Cor.* conica: *apice* truncato, integro. *Stam.* ignota. *Styl.* brevis. *Caps.* ſubrotunda, 5-ſulcata; calyce carnoſo veſtita; 5-locularis, polyſperma.

329. HIPPOCRATEA. *Linn.* 1098. *pag.* 988.

Periant. ſemi 5-fidum, patens. *Cor.* ovata: *ore* truncato, integro. *Stam.* 6. *Styl.* nullus. *Caps.* depreſſo-plana, ſemi-3-fida, 3-locularis: *Loculis* bivalvibus, compreſſis. *Sem.* alis membranaceis inſtructa.

330. MARCGRAVIA. *Linn.* 564.

Periant. 6-phyllum, imbricatum. *Cor.* conico-ovata, undique clauſa, baſi ſecedens, caduca. *Filam.* numeroſa, parva. *Anth.* magnæ. *Styl.* nullus. *Stig.* obſoletum. *Bacca* globoſa, 1-locularis, polyſperma.

331. RUSCUS. *Linn.* 1008.

Dioic. Maſc. Periant. 6-phyllum: *Foliis* convexis; vel globoſum, 6-fidum. *Cor.* ovata: *ore* perforato. *Filam.* nullum. *Anth.* 3, ori corollæ inſertæ.

Fem. Periant. & *Corolla* ſimilia. *Styl.* ſimplex. *Bacca* globoſa, 3-locularis, 6-ſperma.

Species una eſt Hermaphrod.

332. PISTIA. *Linn.* 912.

Periant. nullum. *Cor. tubus* cuculatus, in labium longum, obliquum deſinens. *Styl.* rectus. *Stig.* ſtellatum, 6-fidum. *Anth.* 8, didymæ, ſeſſiles, ſtylo ſub ſtigmate inſidentes. *Caps.* baſi attenuata, 6-locularis. *Sem.* nonnulla.

333. AMORPHA. *Linn.* 768.

Periant. tubus 5-dentatus, perſiſtens. *Cor. Petalum* ova-

ovatum, concavum, parvum; tanquam vexillum in flore Papilionaceo; calyci infertum. *Filam.* 10, inæqualia, basi leniter coalita. *Stig.* simplex. *Legumen* lunatum, compressum, parvum, 1-loculare, polyspermum.

334. ACANTHUS. *Linn.* 711.

Periant. 3-plex, persistens, quorum *singulum* 2-phyllum: *Interiore* minimo. *Cor. tubus* vix ullus, anulo similis; villis clausus, in Petalum amplum, planum, 3-fidum extensus. *Filam.* 4, inæqualia, curva. *Stig.* 2. *Caps.* acuminata, 2-locularis. *Sem.* 2, carnosa.

335. HEBENSTRETIA. *Linn.* 688.

Periant. tubus bilabiatus, persistens: *Labio inferiore* longiore. *Cor. tubulosa*, in labium ascendens, extrorsum latius, 4-fidum desinens. *Filam.* 4, brevissima, ad Labii basin inserta. *Germ.* oblongum. *Caps.* 1-locularis, 2-sperma.

336. OLAX. *Linn.* 45.

Periant. concavum, parvum, integrum. *Cor.* tubulosa: *Limbo* 3-fido: *Lacinia una* longiore. *Nectar. Squamæ* 4, petiolatæ, in fauce corollæ conniventes. *Stam.* 3, brevia, intra nectarium sita. *Styl.* staminibus longior. *Fruct.* ignotus.

337. COSTUS. *Linn.* 3.

Spatha & *Spadix* simplices. *Periant.* 3-dentatum,

ſuperum, minimum, perſiſtens. *Cor.* 3-partita, ex cujus medio ſurgit *Nectarium* inflatum, magnum, bilabiatum: *Lab. Inf.* 3-partitum. *Lacinia media* 3-fida. *Lab. Sup.* breve, cui *Anthera* linearis adnata eſt. *Styl.* longus, *Stig.* emarginatum. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

338. CASSYTHA. *Linn.* 52.

Periant. 3-dentatum, parvum, perſiſtens. *Cor.* 3-partita. *Nectar. Glandulæ* 9, ſetis inſidentes. *Stam.* 3. *Stig.* acutum. *Bacca* ovata, monoſperma.

339. CAMOCLADIA. *Linn.* 1109.

Periant. 3-partitum, parvum. *Cor.* 3-partita, patula: *Laciniis* ovatis. *Stam.* 3, ex inciſuris corollæ nata. *Germ.* ſubſtantiâ carnosâ cinctum. *Styl.* minimus. *Drupa* oblonga. *Nux* biloba.

340. TILLANDSIA. *Linn.* 357.

Periant. oblongum, 3-partitum, perſiſtens. *Cor. tubus* longus, ventricoſus: *Limbo* 3-partito, parvo. *Stam.* 6. *Stig.* 3-fidum. *Caps.* oblonga, 3-gona, 1-locularis, 3-valvis, polyſperma. *Sem.* Pappo longiſſimo inſtructa.

341. RENEALMIA. *Linn.* 358.

Periant. 3-phyllum, deciduum: *Foliis* concavis. *Cor.* tubuloſa: *Limbo* 3-partito, plano. *Stam.* 6, brevia. *Anth.* ſagittatæ. *Stig.* craſſiuſculum,

lum, 3-fidum. *Caps.* 3-fulca, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma. *Sem.* pappoſa.

342. XIMENIA. *Linn.* 1105.

Periant. 3-phyllum, parvum, deciduum: *Foliis* cordatis. *Cor.* 3-partita, concava: *Laciniis* apice revolutis. *Stam.* 8. *Piſtillum.* incertum. *Drupa* ovalis. *Nux* unilocularis.

343. TRIENTALIS. *Linn.* 419.

Periant. 7-phyllum, patens, perſiſtens. *Cor.* 7-partita, plana: *Laciniis* lanceolatis, baſi leniter coalitis. *Stam.* 7, unquibus corollæ inſerta. *Stig.* capitatum. *Bacca* globoſa, exſucca, 1-locularis, polyſperma.

Numerus ſeptenarius eſt vulgatiſſimus, qui variat.

344. GUETTARDA. *Linn.* 943.

Monoic. Maſc. Periant. cylindraceum, integrum, deciduum. *Cor.* tubuloſa, 7-fida. *Stam.* 7. *Styl.* ſimplex.

Fem. Periant. & *Corolla* ſimilia. *Germ.* ſubrotundum, *Styl.* longus. *Drupa* ſubrotunda, ſicca, 1-ſperma.

345. NYCTANTHES. *Linn.* 16.

Periant. tubus 8-fidus, parvus, perſiſtens. *Cor.* tubuloſa: *Limbo* 8-partito, plano. *Stam.* 2, minima, Receptaculo inſerta. *Styli* 2. *Bacca* ſubrotunda, didyma, 2-locularis, 2-ſperma. *Sem.* ſubrotunda, magna.

346.

346. FUCHSIA. *Linn.* 1097. *pag.* 893.

Periant. margo ſuperus, integer. *Cor. tubus* baſi anguſtus: *Limbo* 8-fido, plano: *Laciniis alternis* inferioribus. *Stam.* 4. *Stig.* obtuſum. *Bacca* ſubrotunda, 4-ſulca, 4-locularis, 4-valvis, polyſperma.

347. SIDEROXYLUM. *Linn.* 234.

Periant. 5-fidum, parvum, perſiſtens. *Cor.* 8-fida, patens: *Laciniis alternis* ſubrotundis, erectis: *Alternis* ſerratis, acutis, introrſum flexis. *Stam.* 5. *Stig.* ſimplex. *Bacca* ſubrotunda, 1-locularis, 5-ſperma.

348. CHRYSOPHYLLUM. *Linn.* 233.

Periant. 5-vel 6-phyllum, parvum, perſiſtens. *Cor.* campaniformis, 10-vel 12-fida: *Laciniis alternis* patentiſſimis: *alternis* erectis. *Stam.* 5, vel 6. *Stig.* ſimplex. *Bacca* oblonga, magna, 1-locularis, 10-vel 12-ſperma.

349. ACHRAS. *Linn.* 1093. *pag.* 1381.

Periant. 6-phyllum; *Foliis* ovatis, concavis, deciduis. *Cor. tubus* ovatus: *Limbo* 12-partito, plano: *Laciniis* interioribus anguſtioribus. *Stam.* 6, brevia in fauce corollæ. *Styl.* longus. *Stig.* obtuſum. *Pomum* globoſum, carnoſum, 12-loculare. *Sem.* ſolitaria, nitida.

350. SOLDANELLA. *Linn.* 182.

Periant. 5-partitum, erectum, perſiſtens. *Cor.* campaniformis: *tubo* ſenſim ampliato: *Limbus*

bus lacero-multifidus. *Stam.* 5. *Styl.* perſiſtens. *Caps.* cylindracea, ſtriata : *apice* 10-dentato, 1-locularis, polyſperma.

TRIGYNIA.

351. VALLISNERIA. *Linn.* 975.

Dioic. Maſc. Spatha communis 2-partita: *Laciniis* bifidis. *Spadix* floſculis obſitus. *Periant.* nullum. *Cor.* 3-partita, plana : *Laciniis* ovatis, reflexis. *Stam.* 2.

Fem. Spatha uniflora : *tubo* longo, bifido. *Periant.* 3-partitum, ſuperum. *Cor.* 3-partita: *Laciniis* emarginatis. *Germ.* ſpatham replens. *Styli* 3, reflexi. *Caps.* cylindracea, 1-locularis, polyſperma.

HEXAGYNIA.

352. ARISTOLOCHIA. *Linn.* 911.

Periant. nullum. *Cor. tubus* oblongus, 6-gonus, baſi ventricoſus, ſuperus, in ligulam longam terminatus. *Germ.* angulatum: *Styl.* minimus. *Stig.* 6-partitum, concavum. *Filam.* nulla. *Anth.* 6, 4-loculares, ſtylo ſub ſtigmate adnatæ. *Caps.* 6-gona, magna, 6-locularis, polyſperma.

CLAS-

CLASSIS VI.

Flores Monopetali compositi Tubulosi.

Calyx Communis.	Receptaculum	Numero		
Nullus	—	353	GUNDELIA	*Periant.* nullum.
		354	ECHINOPS	*Periant.* imbricatum
Subæqualis	*Nudum*	355	COTULA	*Pappus* marginatus. *Cor.* 4-fida.
		356	CARPESIUM	*Pappus* nullus. *Cor.* 5-fida.
		357	CACALIA	*Pappus* pilosus.
		358	AGERATUM	*Pappus* Aristatus.
	Tectum	359	POLYMNIA	*Pappus* nullus.
		360	MELAMPODIUM	*Pappus* valvæformis.
		361	TARCHONANTHUS	*Pappus* plumosus.
		362	BIDENS	*Pappus* Aristatus.
Calyculatus	*Nudum*	—	SENECIO	*Calycis* folia apice nigra - - - - 425
		—	TUSSILAGO	*Calycis* squamæ membranaceæ, plures quam 10 - - 418
		—	CACALIA	*Calycis* squamæ 5 ad 10 - - - - 357
	Tectum	363	MICROPUS	
Imbricatus	*Nud Semin.*	364	FILAGO	*Flores Feminei* inter squamas calycis. *Periant.* nullum.
		365	SPHÆRANTHUS	*Periant.* 5-phyllum.

ARTHE-

Calyx Communis.	Receptaculum	Numero		
Imbricatus	*Nud*	366	TANACETUM	*Calyx* Hemiſphæricus.
	Sem. nud	367	ARTHEMISIA	*Calycis* ſquamæ conniventes.
	Semina Pappoſa	368	XERANTHEMUM	*Calyx* coloratus, Radiatus.
		369	ELEPHANTOPUS	*Calyx* 4 - vel 5 - florus. *Pappus* Ariſtatus.
		370	CONYZA	Cor. Radii 3 - fida.
		371	GNAPHALIUM	*Calyc.* ſquamæ coloratæ, concavæ.
		372	ONOPORDON	*Calyx* Ventricoſus. *Squamæ* ſpinoſæ.
		373	CHRYSOCOMA	*Calyx* Hemiſphæricus. *Stylus* brevis.
		374	EUPATORIUM	*Calyx* oblongus. *Stylus* longus.
		375	BACCHARIS	*Calyx* Cylindric. *Femin.* intermixtæ.
		—	SERRATULA	*Calyx* oblongus, vel capitatus. *Flor.* omnes Hermaphroditi - - - - - 385
	Tectum	376	CENTAUREA	Cor. Radii Laxiores, neutræ.
		—	ATRACTYLIS	*Involucr.* Ventricoſum. *Foliis* linearibus - - - 438

STOE-

Calyx Communis.	Receptaculum	Numero		
Imbricatus	*Tectum*	377	STOEBE	*Periant.* 5-phyllum.
		378	CARLINA	*Cal.* ſquamæ interiores nitidæ, radiatæ. externæ ſpinoſæ.
		—	XERANTHEMUM	*Calyc.* ſquamæ omnes coloratæ, radiatæ - - - 368
		379	STÆHELINA	*Calyc.* ſquamæ apice apendic. colorato.
		380	CARTHAMUS	*Calyc.* ſquamæ apice apendiculoſoliaceo Rudi.
		381	CYNARA	*Calyc.* ſquamæ apice apendiculo canaliculato.
		382	ARCTIUM	*Calyc.* ſquamæ apice hamatæ.
		383	CNICUS	*Calyx* Bracteis obvalatus, ſpinoſus.
		384	CARDUUS	*Calyc.* ſquamæ acutæ. *Stig.* ſimplex.
		385	SERRATULA	*Cal.* oblongus, vel capitat. *Stig.* duplex.
		—	ABSINTHIUM	*Cal.* Hemiſphæricus. *Recept.* villoſum. - - - - 367
		386	SANTOLINA	*Cal.* Hemiſphæricus. *Papp.* ſubnullus.
		387	ANACYCLUS	*Cal.* Hemiſphæricus. *Papp.* emarginatus.

CLAS-

CLASSIS VI.

Flores Monopetali compositi Limbo Corollarum omnium subæquali.

Flosculi plures, sexu variantes, *Receptaculo Communi* insidentes, *Calyce Communi* coerciti, *Corollæ* superæ, *Tubulatæ* Tournefortio dictæ, *Limbo* 4- vel 5-fido. *Laciniis* subæqualibus. *Filamenta* 5, brevia, *Antheræ* in cylindrum connatæ. *Stylus* unicus. *Sem.* 1.

---

353. GUNDELIA. *Linn.* 828. *pag.* 1232.

Flosculi in Capitulum collecti, quorum *Centralis* Hermaphroditus, fertilis, *Laterales* Masculi, *Calyx Communis* nullus, nisi folia plantæ. *Periant.* nullum. *Cor.* 5, vel 8: *Limbo* 5-fido. *Stig.* Hermaphr. duplex. *Receptac. Comm.* conicum, paleis 3-cuspidatis tectum. *Recept. Proprium* est fovea flosculi. *Sem.* subrotundum, *Pappus* marginatus.

354. ECHINOPS. *Linn.* 829.

Flosc. in Capitulum collecti. *Calyx Comm.* nullus. *Periant.* oblongum, angulatum, imbricatum, inferum. *Cor.* omnes Hermaphr. 5-fidæ, superæ, fertiles. *Stig.* duplex, revolutum. *Sem.* oblongum, villosum in Perianthio. *Recept.* nudum, vel setosum.

Species quædam Calyce communi prædita est.

355. COTULA. *Linn.* 868.

Calyx Comm. polyphyllus, ſimplex: *Squamis Externis* corolla majoribus. *Floſc. in Diſco* Hermaphr. *in Ambitu* Feminei, nudi. *Cor.* 4-fida. *Laciniis* inæqualibus. *Stam.* 4. *Stig.* duo. *Recept.* planum, nudum. *Papp.* marginatus. *Floſc. omnes fertiles.*

356. CARPESIUM. *Linn.* 852.

Cal. Comm. imbricatus: *Foliis Externis* majoribus, reflexis. *Internis* arctis, pene nitidis. *Cor. in Diſco* Hermaphr. 5-fida. *in Ambitu Femin.* 5, *Cor.* clauſa. *Stig.* bifidum. *Recept.* planum, nudum. *Papp.* nullus. *Floſc. omnes fertiles.*

357. CACALIA. *Linn.* 841.

Cal. Comm. cylindraceus, polyphyllus, perſiſtens; baſi interdum ſubcalyculatus. *Floſc.* numero laciniarum calycis; omnes Hermaphr. fertiles. *Cor.* 4-vel 5-fida. *Stig.* duo. *Recept.* nudum, ſæpe punctatum. *Papp.* piloſus.

358. AGERATUM. *Linn.* 843.

Cal. Comm. oblongus, imbricatus: *Foliis* ſubæqualibus. *Cor.* omnes Hermaphr. fertiles, vix calyce majores: *Limbo* 5-fido. *Styl.* vix corolla longior. *Stig.* duo. *Recept.* parvum, nudum. *Papp.* 5-ariſtatus.

359. POLYMNIA. *Linn.* 889.

Cal. Comm. Duplex. *Exterior* 5-phyllus: *Foliis* acuminatis. *Interior* 5-phyllus: *Foliis* ovatis.

tis. *Floſc. in Diſco* Hermaphr. abortientes; quibus *Cor.* 5 - fida. *Stig.* obſoletum. *in Ambitu* 5, Feminei, quibus *Cor. Limbo* integro. *Stig.* duplex. *Recept.* paleaceum. *Papp.* nullus.

360. MELAMPODIUM. *Linn.* 884.

Cal. Comm. 5 - phyllus, planus. *Floſc. Diſci* Hermaphr. abortientes, quibus *Cor.* 5 - dentata. *Stig.* obſoletum. *in Ambitu* circa 5, quibus *Cor.* 5 - fida. *Stig.* duplex. *Recept.* conicum, paleis coloratis obſitum. *Papp.* eſt *Squama* cordata, convoluta, valvæformis.

361. TARCHONANTHUS. *Linn.* 846.

Cal. Comm. turbinatus, 7 - fidus, brevis, perſiſtens. *Floſc.* omnes Hermaphr. fertiles. *Cor.* 5 - dentata. *Styl.* brevis, *Stig.* duo, longa. *Recept.* villoſum, minimum. *Papp.* plumoſus.

362. BIDENS. *Linn.* 840.

Involucr. 5 - phyllum ſæpe adeſt. *Cal. Comm.* imbricatus, æqualis. *Floſc. in Diſco* Hermaphr. fertiles, quibus *Cor.* 4 - vel 5 - fida. *Stig.* duo. *in Ambitu* unus, alterve Femin. nudus, vel ligulatus. *Recept.* paleaceum, planum. *Papp.* dentatus, durus.

363. MICROPUS. *Linn.* 892.

Cal. Comm. Duplex. *Exterior* 5 - phyllus, parvus. *Interior* 5 - phyllus, maximus: *Foliis* galeatis, compreſſis. *Floſc. in Diſco* Hermaphr.

abortientes, quibus *Cor.* 5-fida. *Stig.* obſoletum. *in Ambitu* Femin. nudi, inter ſquamas calycis ſiti, quibus *Cor.* 5-fida. *Stig.* duplex. *Recept.* paleaceum. *Papp.* nullus.

364. FILAGO. *Linn.* 891.

Cal. Comm. imbricatus: *Foliis* ſuperne latioribus. *Floſc. in Diſco* Hermaphr. abortientes, quibus *Cor.* 4-fida. *Stam.* 4. *Stig.* obſoletum. *in Ambitu* Feminei, inter ſquamas calycinas poſiti, quibus *Cor.* minima. *Stig.* bifidum. *Recept.* nudum. *Papp.* nullus.

365. SPHÆRANTHUS. *Linn.* 893.

Cal. Comm. globoſus, imbricatus, perſiſtens. *Floſc.* ſinguli inter ſquamas calycinas ſiti, *in Diſco* Hermaphr. abortientes, quibus *Cor.* 5-fida, *Stig.* integrum. *in Ambitu* Feminei, ſæpe nudi, quibus *Periant.* 5-phyllum, inferum. *Stig.* bifidum. *Recept.* nudum. *Papp.* nullus.

366. TANACETUM. *Linn.* 848.

Cal. Comm. hęmiſphæricus, compactus, imbricatus. *Floſc. in Diſco* Hermaphr. fertiles, quibus *Cor.* 5-fida. *Stig.* bifidum. *in Ambitu* Feminei, quibus *Cor.* obſoleta, 3-fida. *Stig.* bifidum. *Recept.* convexum, nudum. *Papp.* ſubmarginatus.

367. ARTEMISIA. *Linn.* 849.

Cal. Comm. oblongus, vel hemiſphæricus, imbricatus. *Squamis* rotundatis, conniventibus.

Floſc.

Flosc. in Disco Hermaphr. fertiles, quibus *Cor.* 5-fida. *in Ambitu* Feminei, quibus *Cor.* minima, vel nulla. *Stig.* omnibus bifidum. *Recept.* planum, nudum, aut villosum. *Papp.* nullus.

Absinthium huc revocatur.

368. XERANTHEMUM. *Linn.* 851.

Cal. Comm. imbricatus, totus nitidus. *Squamæ interiores* Radium constituentes. *Flosc. in Disco* Masculi, *in Ambitu* Feminei. *Cor.* 5-fida. *Stig.* bifidum. *Recept.* planum, nudum, aut paleaceum. *Papp.* pilosus, plumosus, aut setaceus.

369. ELEPHANTOPUS. *Linn.* 827.

Involucr. 3-phyllum, magnum. *Cal. Comm.* oblongus, imbricatus, 4- vel 5-florus: *Foliis* pungentibus. *Flosc.* omnes Hermaphr. fertiles, in simplicem seriem locati. *Cor.* 5-fida: *Laciniis* in unum latus flexis. *Stig.* duo. *Recept.* nudum. *Papp.* aristatus.

370. CONYZA. *Linn.* 854.

Cal. Comm. subrotundus, imbricatus: *Squamis* acutis. *Flosc. in Disco* Hermaphr. fertiles, quibus *Cor.* 5-fida. *in Ambitu* Feminei, quibus *Cor.* 3-fida; vel ligulata, parva; aut nulla. *Stig.* omnibus duo. *Recept.* planum, nudum, *Papp.* simplex.

371. GNAPHALIUM. *Linn.* 850.

Cal. Comm. ſubrotundus, imbricatus: *Squamis* membranaceis, colore albo, luteo, aut ceruleo tinctis. *Floſc. in Diſco* Hermaphr. quibus *Cor.* 5-fida. *in Ambitu* Feminei, quibus *Cor.* nulla. *Stig.* fertilibus bifidum. *Recept.* nudum. *Papp.* plumoſus, vel capillaris. *Floſc. modo Hermaphr. modo Feminei abortiunt.*

372. ONOPORDUM. *Linn.* 834.

Cal. Comm. ventricoſus, imbricatus: *Squamis* mucronatis. *Floſc.* omnes Hermaphr. fertiles. *Cor. tubus* ſuperne ventricoſus, 5-fidus. *Styl.* ſtaminibus longior. *Stig.* coronatum. *Recept.* planum, nudum, *Papp.* capillaris.

373. CHRYSOCOMA. *Linn.* 845.

Cal. Comm. hemiſphæricus, imbricatus: *Squamis* linearibus, acuminatis. *Floſc.* omnes Hermaphr. fertiles. *Cor.* 5-fida. *Styl.* brevis. *Stig.* duo. *Recept.* planum, nudum. *Papp.* capillaris.

374. EUPATORIUM. *Linn.* 842.

Cal. Comm. oblongus, imbricatus, 4-5-vel multiflorus: *Squamis* lanceolatis. *Floſc.* omnes Hermaphr. fertiles. *Cor.* 5-fida. *Styl.* longus, ſemi-bifidus. *Recept.* nudum, *Papp.* plumoſus.

375. BACCHARIS. *Linn.* 853.

Cal. Comm. cylindraceus, imbricatus: *Squamis* linea-

nearibus. *Flosc. in Disco* Hermaphr. fertiles. *Cor.* 5-fida. *in Ambitu* Feminei, vel intermixti. *Cor.* 3-fida, vel ligulata, minima. *Stig.* omnibus duo. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.

376. CENTAUREA. *Linn.* 880.

Cal. Comm. subrotundus, imbricatus: *Squamis* varie terminatis. *Flosc. in Disco* Hermaphr. quibus *Cor. Limbo* ventricoso, 5-fido. *Stig.* integrum, vel bifidum. *in Ambitu* Neutri, quibus *Cor.* laxiores, inæqualiter divisæ. *Recept.* setis, aut villis tectum. *Papp.* simplex, aut nullus.

377. STOEBE. *Linn.* 839.

Cal. Comm. imbricatus. *Flosc.* omnes Hermaphr. fertiles, inter singulas calycis squamas singulus. *Periant.* 5-phyllum, inferum. *Cor.* 5-fida. *Stig.* bifidum. *Recept.* squamis calycinis tectum. *Papp.* plumosus, longus.

378. CARLINA. *Linn.* 836.

Cal. Comm. ventricosus, imbricatus: *Squamis Exterior.* spinosis. *Interior.* longis, planis, rigidis, coloratis, Radium formantibus. *Flosc.* omnes Hermaphr. fertiles. *Cor. Limbo* campanulato, 5-fido. *Stig.* integrum, vel divisum. *Recept.* paleis, vel setis tectum. *Papp.* nullus; ramosus; vel plumosus.

379. STÆHELINA. *Linn.* 844.

Cal. Comm. oblongus, imbricatus: *Squamis* apice apendiculo membranaceo, colorato, reflexo præditis. *Flosc.* omnes Hermaphr. fertiles. *Cor. Limbo* ventricoso, 5-fido. *Stig.* duplex. *Recept.* paleaceum. *Papp.* plumosus.

380. CARTHAMUS. *Linn.* 838.

Cal. Comm. ovatus, imbricatus: *Squamæ* apice apendiculo foliaceo, plano instructæ. *Flosc.* omnes Hermaphr. fertiles. *Cor.* 5-fida. *Stig.* simplex. *Recept.* pilosum. *Papp.* pilosus, aut nullus.

381. CYNARA. *Linn.* 835.

Cal. Comm. ventricosus, imbricatus: *Squamæ* laxæ, carnosæ, apice apendiculo canaliculato, emarginato cum acumine instructæ. *Flosc.* omnes Hermaphr. fertiles. *Cor. Limbo* 5-fido, inæquali. *Stig.* simplex. *Recept.* planum, setis tectum. *Papp.* plumosus, longus, sessilis.

382. ARCTIUM. *Linn.* 830.

Cal. Comm. globosus, imbricatus: *Squamæ* aculeis longis, apice hamatis armatæ. *Flosc.* omnes Hermaphr. fertiles. *Cor. Limbo* ovato, 5-fido. *Stig.* bifidum. *Recept.* paleaceum, planum. *Papp.* pilosus.

383. CNICUS. *Linn.* 833.

Cal. Comm. ovatus, imbricatus, Bracteis suffultus: *Squamæ* ramoso-spinosæ. *Flosc.* omnes pe-

ne

ne Hermaphr. fertiles; paucis in ambitu Neutris. *Cor.* 5-fida. *Stig.* ſimplex. *Recept.* planum, villoſum. *Papp.* ex ſetis, aut pilis conflatus.

384. CARDUUS. *Linn.* 832.

Cal. Comm. ventricoſus, imbricatus: *Squamis* acuminatis, vel ſpinoſis. *Floſc.* omnes Hermaphr. fertiles. *Cor. Limbo* ovato, 5-fido, inæquali. *Stig.* emarginatum. *Recept.* villoſum. *Papp.* piloſus, longus, ſeſſilis.

385. SERRATULA. *Linn.* 831.

Cal. Comm. ventricoſus, aut cylindraceus, imbricatus: *Squamis* muticis, interdum mucronatis. *Floſc.* omnes Hermaphr. fertiles. *Cor. tubo* flexo. *Limbo* ventricoſo, 5-fido. *Stig.* duo, oblonga, *Recept.* nudum, vel paleaceum. *Papp.* villoſus, aut plumoſus.

386. SANTOLINA. *Linn.* 847.

Cal. Comm. hemiſphæricus, imbricatus: *Squamis* conniventibus. *Floſc.* omnes Hermaphr. fertiles. *Cor.* 5-fida: *Laciniis* revolutis. *Stig.* duo. *Recept.* paleaceum. *Papp.* breviſſimus, aut nullus.

387. ANACYCLUS. *Linn.* 869.

Cal. Comm. hemiſphæricus, imbricatus: *Squamis* planis. *Floſc.* omnes fertiles; *in Diſco* Hermaphr. *Cor.* 5-fida. *in Ambitu* 5. ad 10. Feminei, *Cor. Limbo* ovato, integro. *Stig.* omnibus bifidum. *Recept.* paleaceum, *Sem.* margine membranaceum, emarginatum.

CLASSIS VII.

Flores Monopetali compositi Ligulati.

Calyx Communis.	Receptaculum	Numero		
Subæqualis	—-	388	ANDRYALA	*Cal. Comm.* multifidus. *Pappus* simplex.
		389	TRAGOPOGON	*Cal. Comm.* multipartitus. *Pappus* plumosus.
		—-	CREPIS	*Cal. Comm.* polyphyllus. *Squamæ* lineares - - - 391
		—-	ACHYROPHORUS	*Receptac.* paleaceum - - - - - 403
Calyculatus	*Nudum*	390	PRENANTHES	*Flosculi* unius seriei.
		391	CREPIS	*Pappus* plumosus.
		392	CHONDRILLA	*Pappus* simplex stipiti longo insidens.
		393	LAPSANA	*Calycis* squamæ interiores canaliculatæ.
		394	HYOSERIS	*Calycis* squamæ Lanceolatæ.
	Tectum	395	CICHORIUM	
Imbricatus	*Nudum*	396	LACTUCA	*Cal. Comm.* Cylindricus. *Pappus* pilosus.

SCOR-

Calyx Communis.	Receptaculum	Numero		
Imbricatus	*Nudum*	397	SCORZONERA	*Cal. Comm.* Cylindricus. *Pappus* plumosus.
		398	SONCHUS	*Cal. Comm.* oblongus, basi ventricosus.
		399	LEONTODON	*Cal. Comm.* squamis laxis.
		400	HIERACIUM	*Cal. Comm.* ovatus, *Pappus* pilosus.
		401	PICRIS	*Cal. Comm.* ovatus. *Pappus* plumosus.
	Tectum	402	SCOLYMUS	*Pappus* nullus.
		403	HYPOCHÆRIS	*Pappus* plumosus.
		404	CATANANCHE	*Pappus* 5-aristatus.

CLASSIS VII.

Flores Monopetali compositi Limbo Corollarum omnium ligulato.

Flosculi omnes *Hermaphroditi* sessiles in *Receptaculo communi* intra *Calycem Communem*. *Corolla* singula tubulata, supera, in ligulam abiens. *Filamenta* 5, brevia. *Antheræ* in cylindrum coalitæ. *Stylus* unicus, *Stigmata* duo. *Semina* solitaria.

---

388. ANDRYALA. *Linn.* 820.

Cal. Comm. Rotundatus, villosus, multifidus, brevis, æqualis. *Cor. ligula* 5-dentata. *Stig.* duo. *Recept.* planum, villosum. *Papp.* simplex, sessilis.

389. TRAGOPOGON. *Linn.* 810.

Cal. Comm. Polyphyllus, simplex: *Foliis* æqualibus, interdum aculeatis; in variis diversæ longitudinis, basi coalitis. *Cor. ligula* 5-dentata, truncata. *Stig.* 2, revoluta. *Recept.* nudum, scabrum. *Papp.* plumosus.

390. PRENANTHES. *Linn.* 816.

Cal. Comm. Duplex: *Exterior.* 3-phyllus, brevissimus. *Interior* cylindraceus: *Foliis* numero

ro floſculorum, qui 4, 5, vel 8, in ſimplicem ſeriem diſpoſiti. *Cor. ligula* 4-dentata. *Recept.* nudum. *Papp.* capillaris, quandoque ſtipitatus.

391. CREPIS. *Linn.* 819.

Cal. Comm. Duplex: *Exterior* breviſſimus, patulus, deciduus. *Interior* ovatus, perſiſtens: *Squamis* linearibus, conniventibus. *Cor. ligula* 5-dentata. *Stig.* duo. *Recept.* nudum. *Papp.* ariſtatus, aut plumoſus, ſæpe ſtipitatus.

392. CHONDRILLA. *Linn.* 815.

Floſculi multiplicis ſeriei. *Cal. Comm.* cylindraceus: *Squamis* linearibus, æqualibus; baſi paucis breviſſimis auctus. *Cor. ligula* 4- vel 5-dentata. *Recept.* nudum. *Papp.* ſimplex, ſtipitatus.

393. LAPSANA. *Linn.* 823.

Cal. Comm. polyphyllus, baſi calyculatus: *Squamis* ſingulis interioribus canaliculatis. *Cor. ligula* 5-dentata. *Stig.* bifidum. *Recept.* nudum. *Papp.* multis nullus.

394. HYOSERIS. *Linn.* 821.

Cal. Comm. polyphyllus, ſubæqualis: *Squamis* minimis baſi auctus. *Periant.* ſuperum, minimum,

mum, perſiſtens. *Cor. ligula* 5-dentata. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus, vel obſoletus.

395. CICHORIUM. *Linn.* 825.

Cal. Comm. 8-phyllus: *Squamis* lanceolatis, æqualibus; baſi 5. brevibus acceſſoriis auctus. *Cor. ligula* 5-dentata. *Recept.* paleaceum. *Papp.* eſt margo 5-dentatus.

396. LACTUCA *Linn.* 814.

Cal. Comm. oblongus, imbricatus: *Squamis* multis, acuminatis, corolla longioribus. *Cor. ligula* 4- vel 5-dentata. *Recept.* nudum. *Papp.* ſimplex, ſtipitatus.

397. SCORZONERA. *Linn.* 811.

Cal. Comm. cylindraceus, longus, imbricatus: *Squamis* multis, margine membranaceis. *Cor. ligula* 5-dentata. *Recept.* nudum. *Papp.* plumoſus. *Sem.* cylindraceum, ſtriatum.

398. SONCHUS. *Linn.* 813.

Cal. Comm. oblongus, baſi ventricoſus, imbricatus: *Squamis* numeroſis, linearibus. *Cor. ligulæ* 5-dentata. *Recept.* nudum. *Papp.* plumoſus. *Sem.* oblongum.

399. LEONTODON. *Linn.* 817.

Cal. Comm. laxe imbricatus: *Squamis* multis; *Inte-*

terioribus linearibus, paralellis; *Exterioribus* laxis, interdum reflexis. *Cor. ligula* 5-dentata. *Recept.* nudum, punctatum. *Papp.* plumosus, longus; vel capillaris, stipitatus.

400. HIERACIUM. *Linn.* 813.

Cal. Comm. ovatus, imbricatus: *Squamis* multis, linearibus, interdum pubescentibus. *Cor. ligula* 5-dentata. *Stig.* duo, revoluta. *Recept.* nudum. *Papp.* simplex, sessilis. *Sem.* 4-gonum.

401. PICRIS. *Linn.* 812.

Cal. Comm. sæpe duplex: *Exterior* 5-phyllus, magnus, planus, qui aliquando deest. *Interior* ovatus, imbricatus. *Cor. ligula* 5-dentata. *Recept.* nudum. *Papp.* plumosus, sessilis, vel stipitatus. *Sem.* transversim striatum.

402. SCOLYMUS. *Linn.* 826.

Cal. Comm. ovatus, imbricatus: *Squamis* spinosis, laxis. *Cor. ligula* 5-dentata. *Recept.* paleis magnis, subrotundis, 3-dentatis tectum. *Papp.* nullus. *Sem.* 3-angulatum.

403. HYPOCHÆRIS. *Linn.* 822.

Cal. Comm. subrotundus, imbricatus; vel oblongus, calyculatus. *Cor. ligula* 5-dentata. *Recept.*

cept. paleaceum. *Papp.* ſimplex, aut plumoſus.

Achyrophorus huc pertinet.

404. CATANANCHE. *Linn.* 824.

Cal. Comm. oblongus, imbricatus: *Squamis* laxis, nitidis. *Cor. ligula* 5-dentata. *Cor. Exteriores* interdum longiores, quaſi Radiantes. *Stig.* bifidum. *Recept.* paleaceum. *Papp.* 5-ariſtatus.

CLASSIS VIII.

Flores Monopetali compositi Radiati.

Calyx Communis	Receptacul.	Semina	Numero		
Subæqualis	*Nudum*	*Nuda*	405	MILLERIA	*Cal. Comm.* 3-partitus.
			406	OTHONNA	*Cal. Com.* tubulatus, simplex.
			407	ERIOCEPHALUS	*Corollæ* in Radio 5.
			408	HELENIUM	*Cor.* Radii 3-fidæ, numerosæ.
			409	BELLIS	*Recept.* conicum.
			410	OSTEOSPERMUM	*Semina* Radii globosa, ossea.
			411	CALENDULA	*Semina.* Disci membranacea.
		Papposa	412	TAGETES	*Cal. Comm.* tubulatus, 5-dentatus.
			413	PECTIS	*Cal. Comm.* 5-phyllus.
			414	ERIGERON	*Cor. ligulæ* capillares.
			415	ARNICA	*Filam.* Radii castrata.

Calyx Communis	Receptac.	Semina	Numero		
Subæquales	Nudum	Pappoſa	416	INULA	*Anth.* baſi duas ſetas exerentes.
			417	DORONICUM	*Sem.* Rad. nuda
			418	TUSSILAGO	*Squamæ* calycis membranaceæ, imbricatæ.
	Tectum	Nuda	419	SIGESBECKIA	*Radius* dimidiatus.
			420	TETRAGONOTHECA	*Cal. Comm.* 4-partitus.
			421	ANTHEMIS	*Cal. Comm.* Hemiſphæricus, imbricatus.
		Pappoſa	422	CHRYSOGONUM	*Cal. Comm.* 5-phyllus.
			423	RUDBECKIA	*Cal. Comm.* duplicis ordinis. *Papp.* 4-dentatus.
			424	VERBESINA	*Cal. Comm.* duplicis ordinis. *Papp.* Ariſtatus.
Calyculat.	—	—	425	SENECIO	*Recep.* nudum.
			426	COREOPSIS	*Recept.* paleaceum.

CHRY-

Calyx Communis	Receptac.	Semina	Numero		
Imbricatus inæqualis	*Nudum*	*Nuda*	427	CHRYSANTHEMUM	*Cal.* Squamæ intimæ membranaceæ.
			428	MATRICARIA	*Cal.* Squamæ ſolidiuſculæ, acutæ.
			429	GORTERIA	*Cal.* Squamæ ſpinoſæ.
		Pappoſa	430	SOLIDAGO	*Corol.* Radii pauciores, quam - 10.
			431	ASTER	*Cor.* Radii plures, quam - - - - 10.
	Tectum	*Nuda*	432	ACHILLEA	*Radius* ſub 5-florus.
			433	BUPHTHALMUM	*Stig.* Diſci integrum.
		Pappoſa	434	AMELLUS	*Cor.* Radii indiviſæ. *Pappus* piloſus.
			435	ZINNIA	*Cor.* Radii integræ. *Pappus* biariſtatus.

Calyx Communis	Receptac.	Semina	Numero		
Imbricatus inæqualis	*Tectum*	*Papposa*	436	TRIDAX	Cor. Radii 3-partitæ.
			437	HELIANTHUS	Cor. Radii Neutræ.
			438	ATRACTYLIS	Cor. Rad. Hermaphroditæ.
			439	ARCTOTIS	*Pappus* 5-phyllus.
			440	SILPHIUM	*Pappus* biaristatus. Cor. Radii divisæ.

CLAS-

CLASSIS VIII.

Flores Monopetali compositi Limbo Corollarum Disci subæquali; Circumferentiæ ligulato.

Flosculi Hermaphroditi in Disco. *Feminei* in Radio, *Receptaculo communi* insidentes, *Calyce Communi* cincti. *Cor. Disci* tubulosæ; *Limbo* subæquali. *Radii* ligulatæ. *Filamenta* Hermaphroditorum 5, brevia. *Antheræ* in cylindrum coalitæ. *Stylus* omnibus unicus, *Stigma* fertilibus duplex. *Sem.* 1.

---

405. MILLERIA. *Linn.* 881.

Cal. Comm. 3-partitus, maximus, simplex; 3-vel 5-florus: *Foliis duobus* æqualibus: *tertio* duplo majore, cordato. *Flosculi Hermaphr.* tubulosi 2, vel 4, intra folia calycis minora siti. *Cor.* 5-dentata. *Femineus* 1, ligulatus, intra folium majus calycis. *Cor. Ligula* emarginata, concava, vel 3-fida. *Receptac.* minimum, nudum. *Pappus* nullus. *Sem.* unicum.

406. OTHONNA. *Linn.* 888.

Cal. Comm. simplex, cylindraceus, multifidus. *Cor. Radii* numero laciniarum calycis: *Ligula* 3-dentata, reflexa. *Stig. Disci* simplex. *Recept.* nu-

nudum. *Papp.* raro aliquis. *Floſc. Hermaphr. ſæpius abortiunt.*

407. ERIOCEPHALUS. *Linn.* 890.

Cal. Comm. 10-phyllus: *Foliis* 5. *Exterior.* carinatis; *Interior.* 5. planis; *omnibus* ſubæqualibus, corpuſculum rigidum baſi ferentibus. *Cor. Radii* 5: *Ligula* verticaliter cordata: apice 3-lobo. *Stig. Radii* integrum. *Recept.* planum, lanugine tectum. *Papp.* nullus. *Floſc. Hermaphr. abortiunt.*

408. HELENIUM. *Linn.* 863.

Cal. Comm. ſimplex, multipartitus: *Foliis* arctis. *Cor. Radii* numeroſæ: *Ligula* longa, extrorſum latiore, ſemi 3-fida. *Recept.* nudum. *Papp.* emarginatus. *Floſc. omnes fertiles.*

409. BELLIS. *Linn.* 864.

Cal. Comm. hemiſphæricus, polyphyllus. *Squamis* ſubæqualibus, in duplicem quaſi ſeriem diſpoſitis. *Cor. Radii* copioſæ: *Ligula* vix 3-dentata. *Stig. Diſci* emarginatum. *Recept.* conicum, nudum. *Papp.* nullus. *Sem.* compreſſa. *Floſc. omnes fertiles.*

410. OSTEOSPERMUM. *Linn.* 887.

Cal. Comm. hemiſphæricus, ſimplex, polyphyllus, parvus. *Cor. Radii* circa 10: *Ligula* longiſſima. *Stig. Diſci* obſoletum. *Recept.* nudum. *Papp.* nullus. *Sem.* Radii globoſa, oſſea, colorata. *Floſc. Hermaphr. abortiunt.*

411.

411. CALENDULA. *Linn.* 885.

Cal. Comm. multipartitus: *Squamis* lanceolatis, æqualibus, in duos veluti ordines digeſtis. *Cor. Radii* numero ſegmentorum calycis: *Ligula* longiſſima, 3-dentata. *Recept.* planum, nudum. *Papp.* nullus. *Sem.* in Radio 3-angularia; in Diſco compreſſa; in Centro nulla.

412. TAGETES. *Linn.* 865.

Cal. Comm. ſimplex, tubulatus, 5-angulatus, 5-dentatus. *Cor. Radii* 5: *Ligula* obtuſiſſima. *Recept.* parvum, nudum. *Papp.* 5-ariſtatus. *Sem.* linearia, compreſſa. *Floſc. omnes fertiles.*

413. PECTIS. *Linn.* 1160.

Cal. Comm. ſimplex, cylindraceus, 5-phyllus: *Foliis* ſubæqualibus. *Cor. Diſci* circiter 6; *Radii* 5, calyce breviores: *Ligula* ovata, integerrima. *Recept.* nudum. *Papp.* ariſtatus. *Sem.* linearia. *Floſc. omnes fertiles.*

414. ERIGERON. *Linn.* 855.

Cal. Comm. oblongus, imbricatus: *Squamis* ſubæqualibus; *internis* paulo longioribus. *Cor. ligula* anguſtiſſima, integra. *Recept.* planum, nudum. *Papp.* piloſus, longus. *Sem.* parva. *Floſc. omnes fertiles.*

415. ARNICA. *Linn.* 861.

Cal. Comm. polyphyllus: *Foliis* ſubæqualibus, du-

plicis ordinis. *Cor. Disci* 3-fida: *Lacinia* una duplo longiore; *Radii ligula* 3-dentata. *Filam.* in Radio 5, castrata. *Recept.* nudum, *Papp.* simplex. *Flosc. omnes fertiles.*

Gerberam dixit Linnæus in Edit. 4. Generum 1752.

416. INULA. *Linn.* 860.

Cal. Comm. imbricatus: *Foliis* laxis, patulis, æqualis longitudinis. *Cor. Radii* confertæ: *Ligula* apice integerrimo. *Anth.* singula duas setas basi exerens. *Stylus* Radii semibifidus. *Recept.* planum, nudum. *Papp.* simplex. *Sem.* 4-gona. *Flosc. omnes fertiles.*

417. DORONICUM. *Linn.* 862.

Cal. Comm. polyphyllus: *Foliis* æqualibus, Disco longioribus, in duas series ordinatis. *Cor. Radii ligula* lanceolata, 3-dentata. *Stig. Disci* emarginatum. *Recept.* nudum. *Papp. Disci* pilosus; *Radii* nullus. *Sem.* sulcata. *Flosc. omnes fertiles.*

418. TUSSILAGO. *Linn.* 856.

Cal. Comm. cylindraceus, interdum calyculatus, imbricatus: *Squamis* membranaceis, æqualibus. *Flosc.* Feminei aliquando nudi intermixti, vel ad peripheriam siti. *Cor. Radii ligula* tenuis integra. *Recept.* nudum. *Papp.* simplex. *Sem.* oblonga. *Flosc. omnes fertiles.*

419.

419. SIGESBECKIA. *Linn.* 873.

Involucr. 5-phyllum: *Foliis* linearibus, teretibus; quod non nunquam abeſt. *Cal. Comm.* 5-gonus, polyphyllus: *Squamis* ovatis, æqualibus. *Floſc.* omnes fertiles; inter ſquamas calycis ſiti; *Radium* dimidiatum formantes. *Cor. Radii* paucæ: *Ligula* breviſſima, lata, 3-dentata. *Recept.* ſquamis calycinis tectum. *Papp.* nullus.

420. TETRAGONOTHECA. *Linn.* 875.

Cal. Comm. 4-partitus, planus. *Foliis* magnis, triangulo-cordatis, dehiſcentibus. *Cor. Radii* 12: *Ligula* extrorſum dilatata, 3-fida. *Recept.* paleaceum. *Papp.* nullus. *Sem.* ſubrotunda. *Floſc. omnes fertiles.*

421. ANTHEMIS. *Linn.* 870.

Cal. Comm. hemiſphæricus, imbricatus: *Squamis* ſubæqualibus. *Cor. Radii* plures quam 5: *Ligula* lanceolata. *Recept.* convexum, conicum, ſetis, vel paleis refertum. *Papp.* nullus. *Floſc. omnes fertiles.*

422. CHRYSOGONUM. *Linn.* 883.

Cal. Comm. 5-phyllus, magnus, patens. *Cor. Radii* 5: *Ligula* oblonga, 3-dentata. *Stig. Diſci* obſoletum. *Recept.* paleaceum. *Papp.* 3-dentatus. *Sem.* ſubcordata, Perianthio 4-phyllo obvoluta. *Floſc. Hermaphr. abortiunt.*

423. RUDBECKIA. *Linn.* 878.

Cal. Comm. 12-phyllus: *Foliis* æqualibus, in duas ſeries diſpoſitis. *Floſculi Diſci* conum formant. *Cor. Radii* Neutræ: *Ligula* lanceolata, 2- vel 3-dentata. *Recept.* conicum, paleaceum. *Papp.* 4-dentatus. *Floſc. Radii abortiunt.*

424. VERBESINA. *Linn.* 874.

Involucr. 5-phyllum ſæpe adeſt. *Cal. Comm.* oblongus: *Foliis* ſubæqualibus, duplicis ordinis. *Cor. Radii* circiter 5. *Ligula* lata, 3-fida; vel anguſtiſſima. *Recept.* palcaceum. *Papp.* ariſtatus. *Sem.* angulata. *Floſc. omnes fertiles.*

425. SENECIO. *Linn.* 857.

Cal. Comm. cylindraceus, imbricatus: *Squamis* paucis, æqualibus; baſi paucis ſæpe acceſſoriis: *omnibus* apice mortuis. *Floſc. Radii* interdum nudi, vel *Ligula* breviſſima, aut oblonga, 3-dentata inſtructi. *Recept.* nudum, planum. *Papp.* capillaris, longus. *Floſc. omnes fertiles.*

426. COREOPSIS. *Linn.* 879.

Cal. Comm. Duplex: *Exterior* brevis, patulus. *Interior* polyphyllus, coloratus, erectus. *Cor. Radii* Neutræ: *Ligula* magna, lata, 4-dentata. *Recept.* paleaceum. *Papp.* bicornis. *Sem.* hemiſphærica. *Floſc. Radii abortiunt.*

427. CHRYSANTHEMUM. *Linn.* 866.

Cal. Comm. hemiſphæricus, imbricatus: *Foliis* per gra-

gradus majoribus; *intimis* membrana pellucida terminatis. *Cor. ligula* ovata, vel lanceolata, 3-dentata. *Recept.* convexum, nudum. *Papp.* nullus. *Flosc. omnes fertiles.*

428. MATRICARIA. *Linn.* 867.

Cal. Comm. hemisphæricus, imbricatus: *Squamis* multis, subæqualibus. *Discus* Florum hemisphæricus. *Cor. ligula* oblonga, 3-dentata. *Recept.* convexum, nudum. *Papp.* nullus. *Flosc. omnes fertiles.*

429. GORTERIA. *Linn.* 1163.

Cal. Comm. ovatus, imbricatus: *Squamis* spinosis. *Cor. Radii* Neutræ: *Ligula* lanceolata, 3-dentata. *Recept.* nudum. *Papp.* nullus. *Sem.* apice hirsuta. *Flosc. Radii abortiunt.*

430. SOLIDAGO. *Linn.* 859.

Cal. Comm. hemisphæricus; vel oblongus, imbricatus: *Squamis* anguſtis, apice conniventibus. *Cor. Radii* pauciores, quam 10: *Ligula* erecto-patula, 3-dentata. *Recept.* planum, nudum. *Papp.* capillaris. *Flosc. omnes fertiles.*

431. ASTER. *Linn.* 858.

Cal. Comm. imbricatus: *Squamis* inferioribus apice patulis. *Cor. Radii* numerosæ, plures, quam 10: *Ligula* 3-dentata. *Recept.* nudum. *Papp.* sim-

ſimplex, vel plumoſus. *Sem.* cordata. *Floſc. omnes fertiles.*

432. ACHILLEA. *Linn* 871.

Cal. Comm. ovatus, imbricatus: *Squamis* acutis conniventibus. *Cor. Radii* 5, ad 10: *Ligula* verticaliter cordata, 3-fida. *Lacinia media* minore. *Stig. Diſci* emarginatum. *Recept.* paleaceum. *Papp.* nullus. *Floſc. omnes fertiles.*

433. BUPHTHALMUM. *Linn.* 876.

Cal. Comm. imbricatus, figuræ variæ. *Cor. Radii* plures, quam 10: *Ligula* longa, 3-dentata. *Stig. Diſci* craſſiuſculum, integrum. *Recept.* paleaceum. *Papp.* obſoletus. *Sem. Radii* margine 3-dentato. *Floſc. omnes fertiles.*

434. AMELLUS. *Linn.* 1162.

Cal. Comm. ſubrotundus, imbricatus: *Squamis* laxis. *Cor. Radii* numeroſæ: *Ligula* laxa, indiviſa; 2-vel 3-dentata. *Recept.* paleaceum. *Papp.* capillaris. *Sem.* ovata. *Floſc. omnes fertiles.*

435. ZINNIA. *Linn.* 1161.

Cal. Comm. ovato-cylindraceus, compactus, imbricatus. *Cor. Diſci* baſi ventricoſa; *Radii* 5: *Ligula* Rotunda, integra, perſiſtente.

Re-

Recept. paleaceum: *paleis* ligulatis, connatis. *Papp.* ex duabus ariſtis. *Sem.* 3-quetra. *Floſc. omnes fertiles.*

436. TRIDAX. *Linn.* 872.

Cal. Comm. cylindraceus, imbricatus. *Cor. ligula* 3-partita, plana: *Lacinia media* anguſtiore. *Stig.* omnibus obtuſum. *Recept.* paleaceum, planum. *Papp.* multiradiatus, ſimplex. *Sem.* oblonga. *Floſc. omnes fertiles.*

437. HELIANTHUS. *Linn.* 877.

Cal. Comm. imbricatus: *Squamis* laxis, apice dehiſcentibus. *Periant.* 2-phyllum, ſuperum. *Cor. Diſci* ventricoſæ; *Radii* Neutræ: *Ligula* longiſſima, integra. *Recept.* magnum, paleaceum, planum. *Papp.* ex Perianthio. *Sem.* oblonga, 4-gona. *Floſc. Radii abortiunt.*

438. ATRACTYLIS. *Linn.* 837.

Involucr. polyphyllum interdum adeſt. *Cal. Comm.* ovatus, imbricatus: *Squamis* ſæpe aculeatis. *Cor. Radii ligula* 3-vel 5-dentata, plana. *Recept.* planum, villoſum. *Pappus* plumoſus. *Floſc. omnes Hermaphr. & fertiles.*

Species una eſt corollis omnibus tubuloſis.

439. ARCTOTIS. *Linn.* 886.

Cal. Comm. ſubrotundus, imbricatus: *Squamis* laxis; *interioribus* nitidis. *Floſc.* modo *Diſci*, modo *Radii* ſteriles. *Periant.* 5-phyllum. *Cor. ligula* integra, 3-vel 5-partita. *Stig.* ſterilibus ſimplex. *Recept.* paleis, aut pilis tectum. *Papp.* ex Perianthio.

440. SILPHIUM. *Linn.* 882.

Cal. Comm. ſquaroſus, imbricatus: *Squamis* reflexis. *Cor. Radii ligula* longa, 3-dentata. *Stig. Diſci* ſimplex. *Recept.* paleaceum. *Papp.* bicornis. *Sem.* fere membranacea. *Floſc. Hermaphr. abortiunt.*

CLAS-

CLASSIS IX.

Flores Polypetali Petalis 2. 4. 8.

MONOGYNIA.

Petala	Perianthium	Stamina	Numero		
2	—	—	441	Musa	*Perian.* Nullum. *Spatha.*
			442	Fumaria	*Perian.* Nullum, vel 2-phyllum. *Stam.* 6.
			443	Circæa	*Perian.* 2-phyllum. *Stam.* 2.
			444	Leucadendron	*Petalum* alterum 3-fidum.
			—	Commelina	*Nectaria* 4. cruciata, petiolata - - - - 526
			—	Buxus	*Dioic. Masc.* - 582
4	*Nullum*	—	445	Pothos	*Spatha*, & *Spadix.*
			446	Krameria	*Nect.* duo, alterum supra, alterum infra germen.
			447	Brabejum	*Petala* inferne erecta, tubum formantia.
			448	Unifolium	*Petala* patentia, nitida.
			449	Plukenetia	*Monoic.*
			450	Trophis	*Dioic.*

Petala	Perianthium	Stamina	Numero		
4	*Integrum*	4	451	MEMECYLON	*Periant.* Superum.
			452	TOMEX	*Periant.* Inferum.
	3-*fidum*	4	453	CRUZETA	
	4-*fidum*	2	454	ORNUS	
		Cor. *fup*	455	LUDVIGIA	*Caps.* 4-locularis.
			456	OLDENLANDIA	*Caps.* 2-locularis.
			457	CORNUS	*Drupa.*
			458	TRAPA	*Nux* 4-ſpinoſa.
		Cor. *infera*	459	EPIMEDIUM	*Nect.* tubulata, petalis incumbentia.
			460	FAGARA	*Stamina* Petalis longiora.
			461	PTELEA	*Semen* 1, membrana veſtitum.
			462	EUONYMUS	*Caps.* 4-locularis.
		6	463	GLEDITSIA	*Flores* in Amentum diſpoſiti.
			464	CLEOME	*Petala* omnia ſurſum flexa.
		8	465	GAURA	*Petala* ſurſum flexa.
		Cor. *ſup.*	466	COMBRETUM	*Stamina* longiſſima.
			—	VACCINIUM	*Bacca* - - - - 128
			467	OENANTHERA	*Capſula.* *Periant.* tubulatum.

EPI-

Petala	*Perianthium*	*Stamina*	*Numero*		
4	4-fidum	*Cor. super.*	468	EPILOBIUM	*Caps. Semina* Pappoſa.
			—	JUSSIÆA	*Caps. Semina* minima - - 633
		Cor. infera	469	ALLOPHYLLUS	*Periant.* 4-phyllum; foliâ oppoſita duplo minora.
			470	GNIDIA	*Periant.* Coroliferum, infundibuliforme.
			471	GRISLEA	*Periant.* Coroliferum. *Filum* longiſſima.
			472	RHEXIA	*Periant.* Coroliferum. *Anth.* Declinatæ.
			473	JAMBOLIFERA	*Corolla* Infundibuliformis.
			—	ZYGOPHYLLUM	*Squamæ* ſtaminiferæ - - - 638
			474	LAWSONIA	*Stamina* per paria ſita.
			—	RUTA	*Glandulæ* 8. Germini circumpoſitæ - - - 650
			475	AMYRIS	*Stigma* 4-gonum
			—	BREYNIA	*Legumen* - - 828
			—	RHODIOLA	*Dioic. Maſc.* - 494

Petali	Perianthium	Stamina	Numero		
4	5-fidum	—	476	MELIANTHUS	
	8-fidum	—	---	AMMANNIA	*Stamina* 4 - - 1027
			477	OSBECKIA	*Stamina* 8.
8	—	8	—	MONOTROPA	*Periant.* nullum.
			478	MIMUSOPS	*Periant.* 8-phyllum.

DIGYNIA.

2	—	—	479	CORISPERMUM	*Periant.* nullum. *Sem.* 1, nudum.
			480	CALLITRICHE	*Periant.* nullum. *Caps.* 2-locularis.
			481	ATRAPHAXIS	*Periant.* 2-phyllum.
4	2-fidum		482	HYPECOUM	
	4-fidum	—	483	BUFONIA	*Stamina* 2.
			484	HAMEMELIS	*Stamina* 4.
			485	MOEHRINGIA	*Stamina* 8. *Petala* perianthio breviora.
			486	WEINMANNIA	*Stamina* 8. *Petala* perianthio longiora.

DIGI-

Petala	Perianthium	Stamina	Numero		
				TRIGYNIA.	
4	4-fidum	8	487	PAULINIA	*Nect.* 4-phyllum. *Capsulæ* compressæ.
			488	CARDIOSPERMUM	*Nect.* 4-phyllum. *Capsulæ* inflatæ.
			489	SAPINDUS	*Nectarium* nullum.
				TETRAGYNIA.	
	Nullum	—	490	POTAMOGETON	
	4-fidum	4	491	SAGINA	*Capsula* 4-locularis.
			—	RADIOLA	*Capsula* 8-locularis. - - 709
			—	TILLÆA	*Capsula* quatuor. - - - - 575
		8	492	PARIS	*Petala* subulata.
			493	ELATINE	*Petala* ovata.
			494	RHODIOLA	*Dioic. Femin.*

CLASSIS IX.

Flores Polypetali Petalis 2. 4. 8.

MONOGYNIA.

441. MUSA. *Linn.* 1010.

Spatha partialis, multiflora, magna. *Periant.* nullum. *Cor. Petala* duo, ſupera: *Alterum ſuperius* erectum, ligulatum, 5-dentatum. *Alterum inferius* brevius, Naviculare, cordatum, nectariferum. *Filam* 6. quorum quinque brevia, intra Petalum ſuperius ſita, caſtrata; vel Antheris linearibus inſtructa. *Sextum* cæteris longius, Petalo inferiori incumbens; *Caſtratum*, ſi reliqua fertilia; & contra *Fertile*, ſi reliqua caſtrata ſint. *Stig.* globoſum. *Bacca* oblonga, corio tecta.

442. FUMARIA. *Linn.* 760.

Periant. nullum, aut 2-phyllum, deciduum. *Cor. Petala* duo: *ſuperum* emarginatum, baſi calcaratum. *Inferum* ad faucem apendiculatum, interdum pariter calcaratum. *Filam.* 6, baſi in duo corpora unita; ſub ſingulo petalo tria. *Stig.* orbiculatum. *Fruct.* varius: modo *ſiliqua* longiſſima, linearis; modo brevis,

ſub-

ſubrotunda, vel 4-gona: modo *Capſula* 3-valvis.

443. CIRCÆA. *Linn.* 24.

Periant. 2-phyllum, ſuperum, deciduum: *Foliis* ovatis. *Cor. Petala* 2, cordata, brevia, æqualia. *Stam.* 2. *Stig.* emarginatum. *Caps.* ſubovata, hiſpida; 2-locularis, 2-valvis, *Sem.* ſolitaria, inferne anguſtiora.

444. LEUCADENDRON. *Linn.* 103.

Flores potiſſimum *aggregati*. *Calyx Comm.* Imbricatus, perſiſtens. *Periant.* nullum. *Cor. Petala* duo: quorum *Superum* integrum, ungui longo inſidens. *Inferum* triplo latius, 3-fidum, ungui longo impoſitum. *Filam.* 4, breviſſima, corollæ inſerta. *Anth.* ſæpe coalitæ. *Styl.* longiſſimus. *Receptac.* nudum, aut villoſum. *Pappus* piloſus.

Datur ſpecies Calyce ſimplici, uniflovo.

445. POTHOS. *Linn.* 918.

Spatha globoſa; latere dehiſcens. *Spadix* globoſus, parvus; floſculis ſeſſilibus tectus. *Periant.* nullum. *Cor. Petala* 4, cuneiformia, erecta. *Filam.* 4, latiuſcula. *Germ.* angulatum. *Styl.* nullus. *Stig.* acuminatum. *Baccæ* aggregatæ, 1-ſpermæ.

446. KRAMERIA. *Linn.* 1116.

Periant. nullum. *Cor. Petala* 4, oblonga, patentia. *Nectaria* duo: *Alterum* lineare, 3-partitum,

ſupra ſtamina ſitum. *Alterum* ſub germine 2-phyllum: *Foliolis* linearibus. *Stam.* 4, intra Nectarium ſita. *Stig.* acutum. *Bacca* ſicca, globoſa, echinata. *Semen* 1, glabrum, durum.

447. BRABEJUM. *Linn.* 149.

Periant. nullum. *Cor. Petala* 4, linearia; baſi erecta, tubum formantia; ſuperne revoluta. *Stam.* 4, unguibus petalorum inſidentia. *Styl.* ſuperne craſſior. *Drupa* ſicca, villoſa. *Nux* ovata.

448. UNIFOLIUM. *Rupp.* 93.

Periant. nullum. *Cor. Petala* potiſſimum 4, patentia, nitida. *Stam.* 4. *Germ.* ſubrotundum. *Stig.* obtuſum. *Bacca* globoſa, ante maturitatem maculata, diſperma.

ad Convallariam reducit Linnæus.

449. PLUKENETIA. *Linn.* 964.

Monoic. Maſc. Periant. nullum. *Cor. Petala* 4, ovata, patentia. *Filam.* 8, in unum coalita. *Nectar. Glandulæ* 4, barbatæ, ad baſin ſtaminum locatæ.

Fem. Periant. nullum. *Cor.* ſimilis. *Germ.* 4-gonum. *Styl.* longiſſimus, declinatus. *Stig.* peltatum, 4-fidum: *Segmenta* in medio punctata. *Caps.* 4-gona, 4-locularis, 4-ſperma.

450.

450. TROPHIS. *Linn.* 1173.

Dioic. Masc. Flores in spicam collecti. *Periant.* nullum. *Cor. Petala* 4, obtusa, patentia. *Stam.* 4, petalis longiora.

Fem. Periant. & *Cor.* nulla. *Germ.* ovatum. *Styl.* bipartitus. *Stig.* adnata. *Bacca* Rugosa, monosperma.

451. MEMECYLON. *Linn.* 432.

Periant. turbinato-cylindraceum, superum, persistens: *Limbo* integro. *Cor. Petala* 4, acuta, patentia. *Stam.* 8. *Germ.* turbinatum. *Styl.* subulatus. *Bacca* coronata.

452. TOMEX. *Linn.* 140.

Periant. tubulatum, inferum: *margine* integro. *Cor. Petala* 4, Perianthio longiora. *Filam.* 4, longissima. *Germ.* villosum. *Styl.* longissimus. *Stig.* emarginatum. *Bacca.*

453. CRUZETA. *Linn.* 1117.

Periant. 3-phyllum, persistens: *Foliis* inæqualibus. *Cor. Petala* 4, calyciformia, concava: *Duobus exterioribus* integris: *internis* margine laceris. *Stam.* 4, brevia. *Germ.* compressum. *Stylus* brevis, bipartitus. *Sem.* 1, in calyce conniventi.

454. ORNUS. *Ponth. p.* 299.

Periant. 4-partitum, parvum, erectum. *Cor. Petala* 4, linearia, longa, erecta. *Filam.* 2, brevissima. *Anth.* oblongæ. *Stig.* crassiuscu-

lum, bifidum. *Sem.* 1, lanceolatum, cruſtatum.

ad Fraxinum refert Linnæus.

455. LUDVIGIA. *Linn.* 142.

Periant. 4-partitum, ſuperum, patens, perſiſtens. *Cor. Petala* 4, cordata, patentia, plana. *Stam.* 4, brevia. *Stig.* 4-gonum, capitatum. *Germ.* 4-gonum. *Caps.* 4-gona, 4-locularis, 4-fariam dehiſcens, polyſperma.

456. OLDENLANDIA. *Linn.* 143.

Periant. 4-partitum, ſuperum, perſiſtens: *Laciniis* tenuibus. *Cor. Petala* 4, ovata, patentia, calyce duplo longiora. *Stam.* 4. *Germ.* ſubrotundum. *Stig.* emarginatum. *Caps.* globoſa, coriacea, 2-locularis, polyſperma.

457. CORNUS. *Linn.* 139.

Involucr. 4-phyllum, multiflorum adeſt interdum. *Periant.* 4-dentatum, ſuperum, minimum. *Cor. Petala* 4, oblonga, plana. *Stam.* 4, longa. *Stig.* obtuſum. *Drupa* ſubrotunda, umbilicata. *Nux* oblonga, 2-locularis, 2-ſperma.

458. TRAPA. *Linn.* 146.

Periant. 4-partitum, ſuperum, perſiſtens. *Cor. Petala* 4, calyce majora. *Stam.* 4, brevia. *Styl.* brevis. *Stig.* capitatum, emarginatum. *Nux* ovata, oſſea, ſpinis 4. oppoſitis, craſ-

ſis,

fis, ex calyce indurato factis, munita. *Semen.* farinaceum.

459. EPIMEDIUM. *Linn.* 138.

Periant. 4-phyllum, parvum, patens, deciduum. *Cor. Petala* 4, ovata, patula. *Nectaria* 4, tubulosa: *fundo* clauso; magnitudine petalorum, eisque incumbentia. *Stam.* 4. *Anth.* oblongæ, 2-loculares, 2-valves. *Styl.* brevis. *Siliqua* acuminata, 1-locularis, 2-valvis, polysperma.

460. FAGARA. *Linn.* 1115.

Periant. 4-partitum, parvum, persistens. *Cor. Petala* 4, oblonga, patentia. *Stam.* 4, petalis longiora. *Styl.* brevior. *Stig.* bilobum. *Caps.* globosa, biloba. *Sem.* unicum, rotundum, nitidum.

461. PTELEA. *Linn.* 141.

Periant. 4-vel 5-partitum, parvum. *Cor. Petala* 4, vel 5, coriacea, patentia, plana, calyce majora. *Stam.* 4, vel 5. *Stig.* duo, acuta. *Sem.* 1, teres, in membranæ perpendicularis centro situm.

462. EUONYMUS. *Linn.* 240.

Periant. 4-vel 5-partitum, planum: *Laciniis* subrotundis: *Cor. Petala* 4, vel 5, patentia, plana, calyce longiora. *Stam.* 4, vel 5. brevia, germini imposita. *Stig.* obtusum. *Caps.* 4-vel 5-gona, colorata, pulposa, 4-vel

5 - locularis, 4 - vel 5 - valvis. *Sem.* ſolitaria.

463. GLEDITSIA. *Linn.* 1025.

Flores in Amento compacto. *Periant.* concavum, 4 - fidum. *Cor. Petala* 4, anguſta. *Stam.* 6, Corolla longiora. *Germ.* longum, compreſſum. *Stig.* magnum; incurvum. *Legumen* latum, compreſſum, magnum, pulpa farctum; multiloculare. *Sem.* ſolitaria.

Maſcul. vel Fem. in diſtincta planta. Maſc. Periant. 3 - phyllum. *Cor. Petala* 3. *Stam.* 6. *Fem. Periant.* 5 - phyllum. *Cor. Petala* 5. *Piſtillum* 1. *Legumen.*

464. CLEOME. *Linn.* 740.

Periant. 4 - phyllum, parvum, deciduum. *Cor. Petala* 4, ſurſum inclinata, inæqualia. *Nectar. Glandula* ad ſingulum calycis ſinum: excepto unico, infimo. *Filam.* 6, vel 12, declinata; ſtylo interdum inſidentia. *Anth.* aſſurgentes. *Stylus* declinatus. *Stig.* craſſiuſculum. *Siliqua* longa, 1 - locularis, 2 - valvis, polyſperma.

465. GAURA. *Linn.* 425.

Periant. tubus longus, 4 - fidus, ſuperus, deciduus. *Cor. Petala* 4, cordata; omnia ſurſum flexa; inciſuris calycis inſerta. *Stam.* 8. *Stig.* 4 - fidum. *Nux* 4 - gona, 4 - locularis, 4 - ſperma.

466.

466. COMBRETUM. *Linn.* 1129.

Periant. campanulatum, 4-dentatum, ſuperum, deciduum. *Cor. Petala* 4, parva, calyci inſerta. *Filam.* 8, ſetacea, longiſſima. *Styl.* longiſſimus. *Sem.* 1, quadrangulare: *angulis* membranaceis.

467. OENANTHERA. *Linn.* 424.

Periant. tubus longus, 4-fidus, deciduus, ſumitati germinis inſidens. *Cor. Petala* 4, obverſe cordata, patentia, inciſuris calycis inſerta. *Stam.* 4, calyci inſidentia. *Germ.* cylindraceum. *Styl.* longus. *Stig.* 4-fidum. *Caps.* cylindracea, 4-locularis, 4-valvis, polyſperma.

468. EPILOBIUM. *Linn.* 426.

Periant. 4-phyllum, ſuperum, coloratum, deciduum. *Cor. Petala* 4, patentia, extrorſum latiora, ſæpe bifida. *Stam.* 8, *alterna* minora; quandoque declinata. *Germ.* cylindraceum, longiſſimum. *Stylus* ſitu ſtaminum. *Stig.* 4-fidum. *Caps.* 4-locularis, 4-valvis, polyſperma.

469. ALLOPHYLUS. *Linn.* 428.

Periant. 4-phyllum: *Foliis* orbiculatis; *duobus oppoſitis* duplo minoribus. *Cor. Petala* 4, orbiculata, æqualia, calyce minora. *Stam.* 8. *Germ.* ſubrotundum, didymum. *Styl.* longus. *Stig.* bifidum, revolutum. *Fruct.* ignotus.

470.

470. GNIDIA. *Linn.* 438.

Periant. tubus filiformis, longiſſimus: *Limbo* 4-fido. *Cor. Petala* 4, parva, calyci impoſita. *Stam.* 8, corolla longiora. *Styl.* e latere germinis ortus. *Stig.* capitatum, hiſpidum. *Sem.* unicum, ovatum in calyce.

471. GRISLEA. *Linn.* 427.

Periant. campanulatum, 4-fidum. *Cor. Petala* 4, minima, ex inciſuris calycis orta. *Stam.* 8, longiſſima, aſcendentia. *Styl.* ſimilis. *Caps.* globoſa, 1-locularis, polyſperma.

472. RHEXIA. *Linn.* 423.

Periant. tubulatum, baſi ventricoſum: *ore* 4-vel 5-dentato. *Cor. Petala* 4, vel 5, ſubrotunda, patentia, calyci inſerta. *Stam.* 8, vel 10, ex calyce nata. *Anth.* arcuatæ. *Styl.* longus. *Stig.* craſſiuſculum. *Caps.* 4-vel 5-locularis, 4-vel 5-valvis, polyſperma, intra ventrem calycis ſita.

Aciſanthera huc pertinet.

473. JAMBOLIFERA. *Linn.* 430.

Periant. 4-dentatum, minimum, perſiſtens. *Cor. Petala* 4, lanceolata, baſi erecta, apice patula. *Filam.* 8, baſi planiuſcula, cum petalis flexa. *Germ.* ſuperne hirſutum. *Styl.* brevis. *Fructus* ignotus.

474. LAWSONIA. *Linn.* 433.

Periant. 4-fidum, parvum, perſiſtens. *Cor. Petala*

la

la 4, oblonga, patentia, plana. *Stam.* 8, per paria ſita. *Styl.* perſiſtens. *Stig.* capitatum. *Caps.* ſubrotunda, 4-locularis, polyſperma.

475. AMYRIS. *Linn.* 1130.

Periant. 4-dentatum, parvum. *Cor. Petala* 4, oblonga. *Stam.* 8, brevia. *Styl.* brevis. *Stig.* 4-gonum, obtuſum. *Bacca* ſubrotunda, monoſperma.

476. MELIANTHUS. *Linn.* 712.

Periant. 5-phyllum, magnum: *Foliis* 4, erectiuſculis; *infimo* ſacciformi, breviſſimo. *Cor. Petala* 4, lanceolata, extrorſum patentia, labium inferius quaſi conſtituentia, laciniis 4. calycis oppoſita. *Nectar.* concavum, breve, infimo calycis folio adnatum. *Stam.* 4, inæqualia. *Germ.* 4-gonum, 4-dentatum. *Stig.* 4-fidum, inæquale. *Caps.* 4-gona, 4-fida, 4-locularis, 4-ſperma.

477. OSBECKIA. *Linn.* 422.

Periant. campanulatum, 8-fidum, perſiſtens: *Laciniis* alternis ciliatis. *Cor. Petala* 4, ſubrotunda. *Anth.* roſtratæ. *Stam.* 8. *Caps.* calycis tubo cincta, 4-locularis, polyſperma.

478. MIMUSOPS. *Linn.* 429.

Periant. 8-phyllum, perſiſtens: *Foliis* in duas ſeries diſpoſitis. *Cor. Petala* 8, lanceolata,

pa-

patentia. *Filam.* 8, breviſſima, piloſa. *Anth.* longæ, erectæ. *Germ.* hiſpidum. *Stig.* ſimplex. *Drupa* acuminata. *Sem.* 1, vel 2.

DIGYNIA.

479. CORISPERMUM. *Linn.* 12.

Periant. nullum. *Cor. Petala* duo, compreſſa, incurva. *Stam.* 1, rarius 2, vel 3; longum recurvum. *Germ.* ſubrotundum. *Styli* 2. *Sem.* unicum, ovale, depreſſum, nudum.

Variat ſexu.

480. CALLITRICHE. *Linn.* 13.

Periant. nullum. *Cor. Petala* duo, acuta, incurva. *Stam.* 1. *Styli* duo, capillares. *Caps.* parva, 4-ſulca, 2-locularis, 4-ſperma.

Variat ſexu.

481. ATRAPHAXIS. *Linn.* 405.

Periant. 2-phyllum, coloratum, perſiſtens. *Cor. Petala* duo, ſubrotunda, ſinuata, calyce majora, perſiſtentia. *Filam.* 6, capillaria. *Styl.* nullus. *Stig.* 2, capitata. *Sem.* 1, compreſſum in calyce clauſo.

482. HYPECOUM. *Linn.* 157.

Periant. 2-phyllum, parvum, deciduum. *Cor. Petala* 4, quorum *Duo Exteriora* latiora, 3-loba:

ba: *Duo interiora* ſemi 3-fida: *Lacinia media* concava. *Stam.* 4, ab interioribus petalis tecta. *Germ.* oblongum. *Styli* 2, breviſſimi. *Siliqua longa*, teres, vel compreſſa, curva, articulata. *Sem.* ſolitaria.

483. BUFONIA. *Linn.* 41.

Periant. 4-phyllum, erectum, perſiſtens: *Foliis* carinatis; alternis minoribus. *Cor. Petala* 4, anguſta, æqualia, calyce dimidio breviora. *Stam.* 2, brevia. *Styli* 2, breves. *Caps.* ovata, compreſſa, unilocularis, 2-valvis, 2-ſperma.

484. HAMEMELIS. *Linn.* 155.

Involucr. 3-phyllum, 3-florum. *Periant.* 4-phyllum: *Cor. Petala* 4, lincaria, longiſſima. *Stam.* 4, longitudine Perianthii. *Germ.* villoſum. *Styli* 2, breves. *Nux* bicornis, 2-locularis, 2-valvis, 2-ſperma.

485. MOEHRINGIA. *Linn.* 444.

Periant. 4-phyllum, patens, perſiſtens. *Cor. Petala* 4, ovata, calyce minora. *Stam.* 8. *Styli* 2. *Stig.* ſimplicia. *Caps.* ſubrotunda, unilocularis, 4-valvis, polyſperma.

486. WEINMANNIA. *Linn.* 1131.

Periant. 4-phyllum, parvum, patens: *Foliis* ovatis. *Cor. Petala* 4, calyce majora. *Stam.* 8, brevia. *Styli* 2, breves. *Caps.* ovata, biroſtris, 2-locularis, polyſperma.

TRI-

TRIGYNIA.

487. PAULLINIA. *Linn.* 446.

Periant. 4-phyllum, patens, perſiſtens. *Cor. Petala* 4, patentia, calyce majora. *Nectarium* 4-phyllum, parvum, inæquale. *Stam.* 8, brevia. *Germ.* 3-quetrum. *Styli* 3, breves. *Caps.* tres, compreſſæ, fere membranaceæ, connatæ. *Sem.* ſolitaria.

488. CARDIOSPERMUM. *Linn.* 447.

Periant. 4-phyllum, perſiſtens: *Foliis alternis* minoribus. *Cor. Petala* 4, obtuſa cum acumine. *Nectarium* 4-phyllum, parvum, inæquale, germen cingens. *Stam.* 4, brevia. *Germ.* 3-quetrum. *Styli* 3, breves. *Caps.* 3, inflatæ, connatæ. *Sem.* ſolitaria, baſi cordis margine notata.

489. SAPINDUS. *Linn.* 448.

Periant. 4-phyllum, coloratum, patens, deciduum. *Cor. Petala* 4, calyce minora, patula. *Stam.* 8. *Germ.* 3-gonum. *Styli* 3, breves. *Caps.* 3, globoſæ, inflatæ, connatæ. *Sem.* tria, quorum unicum tantum maturſcit.

TE-

TETRAGYNIA.

490. POTAMOGETON. *Linn.* 160.

Periant. nullum. *Cor. Petala* 4, ſubrotunda, patentia, unguiculata, decidua. *Filam.* 4, breviſſima, plana. *Germ.* 4, acuminata. *Stylus* nullus. *Stig.* obtuſa. *Sem.* 4, angulata, nuda.

491. SAGINA. *Linn.* 162.

Periant. 4-phyllum, patens, perſiſtens. *Cor. Petala* 4, ovata, patentia, calyce breviora. *Stam.* 4. *Germ.* ſubrotundum. *Styli* 4, recurvi. *Caps.* 4-locularis, 4-valvis, polyſperma.

492. PARIS. *Linn.* 449.

Periant. 4-phyllum, patens, perſiſtens: *Foliis* lanceolatis, margine coloratis. *Cor. Petala* 4, calyciformia, anguſtiora. *Stam.* 8. *Anth.* medio Filamentorum adnatæ. *Germ.* 4-gonum. *Styli* 4, breves. *Bacca* ſubrotunda, 4-locularis, 4-ſperma.

Paris trifolia excludit unam quartam partem in omni fructificationis parte.

493. ELATINE. *Linn.* 451.

Periant. 4-phyllum, patens, perſiſtens. *Cor. Petala* 4, ovata, patentia, plana. *Stam.* 8. *Germ.* orbiculatum, magnum. *Styli* 4. *Caps.* depreſſa, 4-locularis, 4-valvis, polyſperma.

494. RHODIOLA. *Linn.* 997.

Dioic. Maſc. Periant. 4-partitum, erectum. *Cor. Petala* 4, patentia calyce longiora. *Stam.* 4, longa. *Nectaria* 4, erecta, emarginata, calyce breviora.

Fem. Periant. ſimile. *Cor.* nulla. *Nectaria* 4, brevia, erecta. *Germ.* 4, oblonga. *Styl.* 4. *Caps.* 4, corniculatæ, univalves, polyſperma.

CLAS-

CLASSIS X.

Flores Tetrapetali Cruciformes

SILICULOSI.

Siliqua	Numero		
Apice integro	495	VELLA	*Dissepimentum* valvis duplo majus.
	496	SUBULARIA	*Dissepiment.* valvis contrarium. *Valvæ* ovatæ.
	497	MYAGRUM	*Silicula* stylo conico terminata.
	—	LEPIDIUM	*Valvulæ* carinatæ - 507
	498	DRABA	*Valvulæ* planiusculæ. *Stylus* nullus.
	499	LUNARIA	*Valvulæ* planæ. *Stylus* exsertus.
Apice emarginato	500	IBERIS	*Petala* duo Externa majora.
	501	ALYSSUM	*Filamenta* quædam interne dente notata.
	502	BISCUTELLA	*Silicula* biloba.
	503	ANASTATICA	*Valvulæ* Dissepimento duplo longiores.
	504	CLYPEOLA	*Valvulæ* orbiculatæ, planæ.
	505	COCHLEARIA	*Valvulæ* gibbæ, scabræ.
	506	THLASPI	*Valvulæ* marginato-carinatæ.
	507	LEPIDIUM	*Valvulæ* acute carinatæ, cordatæ.

SILIQUOSI.

Perianthium	*Numero*		
Connivens	508	TURRITIS	*Petala* erecta.
	509	HESPERIS	*Petala* oblique flexa. *Stigma* bifidum.
	510	ARABIS	*Squamula* intra ſingulum *Perianthii* folium.
	511	CHEIRANTHUS	*Germen* dente glandulo-ſo utrinque notatum.
	512	RAPHANUS	*Siliqua* Articulis tur-gidis.
	513	ERYSIMUM	*Siliqua* Columnaris, 4-gona.
	514	DENTARIA	*Siliqua* teres. *Stigma* emarginatum.
	515	BRASSICA	*Siliqua* teres. *Stigma* in-tegrum.
Superne diſtans	516	SISYMBRIUM	*Periant.* & *corolla* paten-tia.
	517	SINAPIS	*Periant.* patentiſſimum. *Cor.* ungues erecti.
	518	CRAMBE	*Filamenta* apice bifurca.
	519	ISATIS	*Siliqua* Lanceolata, 1-ſperma.
	520	BUNIAS	*Siliqua* quadrangularis.
	521	CARDAMINE	*Siliqua* valvulis revolu-tis.

CLASSIS X.

Flores Tetrapetali, Petalis Cruciatis

Perianthium 4-phyllum, inferum: *Foliis* oblongis. *Corolla* cruciformis. *Petala* 4: *unguibus* longis: *Limbo* plano, extrorsum latiore. *Filamenta* 6, quorum duo opposita breviora. *Antheræ* erectæ. *Pistillum* unicum. *Silicula*, vel *Siliqua* bivalvis. *Semina* subrotunda, alternatim in siliqua affixa.

SILICULOSI.

495. VELLA. *Linn.* 714.

Periant. erectum: *Foliis* linearibus. *Cor. Petala* ovata. *Styl.* conicus. *Stig.* simplex. *Silicula* globosa, cristata, 2-locularis. *Dissepimentum* valvis duplo majus, in membranam ovalem externe protensum.

496. SUBULARIA. *Linn.* 716.

Periant. patens: *Foliis* ovatis. *Cor. Petala* verticaliter ovata; calyce paulo majora. *Germ.* ovatum. *Stylus* brevis. *Stig.* obtusum. *Silicula* ovata, integra, leviter compressa, 2-locularis; 2-valvis: *valvulis* ovatis, concavis. *Dissepimento* contrario.

497. MYAGRUM. *Linn.* 713.

Periant. coloratum: *Foliis* oblongis. *Cor. Petala* erecto-patula. *Styl.* conicus, longitudine

calycis. *Stig.* obtusum. *Silicula* variæ figuræ, 1- vel 2- locularis, stylo conico, rigido terminata. *Sem.* 1, aut plura.

498. DRABA. *Linn.* 717.

Periant. erecto- patulum: *Foliis* ovatis. *Cor. Petala* oblonga, integra, emarginata, vel bipartita: *unguibus* minimis. *Germ.* ovatum. *Styl.* nullus. *Stig.* capitatum. *Silicula* ovali- oblonga, non nunquam obliqua, compressa, raro pedicellata; 2- locularis, 2- valvis: *valvulis* plano- concavis, *Dissepimento* paralellis.

499. LUNARIA. *Linn.* 725.

Periant. erectum: *Foliis* oblongis, conniventibus; *alternis* basi gibbis. *Cor. Petala* magna, obtusa. *Germ.* pedicellatum. *Styl.* brevis. *Stig.* obtusum. *Silicula* rotunda, vel oblonga, compressa, pedicello insidens, 2- locularis, 2- valvis: *Valvulis* planis, *Dissepimento* æqualibus, paralellis.

500. IBERIS. *Linn.* 721.

Periant. parvum, patens: *Foliis* ovatis. *Cor. Petala duo* extrorsum spectantia plus minus cæteris majora. *Styl.* brevis. *Stig.* obtusum. *Silicula* compressa, superne bifida, 2- locularis, 2- valvis: *valvulis* navicularibus, compressis.

501.

501. ALYSSUM. *Linn.* 722.

Periant. erectum: *Foliis* oblongis, conniventibus, interdum perſiſtentibus. *Cor. Petala* integra, vel emarginata. *Filam.* quædam introrſum denticulo notata. *Setæ* aliquando inter ſtamina poſitæ. *Styl.* germine longior. *Silicula* ſubgloboſa, vel compreſſa, emarginata, 2-locularis.

502. BISCUTELLA. *Linn.* 724.

Periant. patens: *Foliis* acuminatis, quorum *duo* quandoque baſi gibba, mellifera. *Cor. Petala* oblonga. *Styl.* perſiſtens. *Stig.* obtuſum. *Silicula* compreſſo-plana; ſupra, infraque biloba, margine carinata; 2-locularis, 2-ſperma. *Diſſepimentum* ſtylo rigido terminatum.

503. ANASTATICA. *Linn.* 715.

Periant. erectum. *Foliis* oblongis. *Cor. Petala* ſubrotunda, plana. *Styl.* perſiſtens. *Stig.* capitatum. *Silicula* breviſſima, 2-locularis, 2-valvis: *Valvulis* ſuperne dehiſcentibus, liberis. *Diſſepimentum* valvulis dimidio brevius, ſtylo longo, obliquo terminatum.

504. CLYPEOLA. *Linn.* 723.

Periant. perſiſtens: *Foliis* oblongis. *Cor. Petala* oblonga, integra. *Germ.* compreſſum. *Styl.* ſimplex. *Silicula* orbiculata, compreſſo-

plana, emarginata, decidua; 1-vel 2-locularis, 2-valvis.

505. COCHLEARIA. *Linn.* 720.

Periant. Foliis ovatis, dehiſcentibus. *Cor. Petala* ovata, magna: *unguibus* brevibus. *Styl.* breviſſimus. *Silicula* leviſſime compreſſa, emarginata, ſcabra, vel late compreſſa, tuberculis verrucoſa; 2-locularis. *Diſſepimentum* ſtylo terminatum.

506. THLASPI. *Linn.* 719.

Periant. erecto-patens: *Foliis* ovatis. *Cor. Petala* ovata, calyce majora. *Styl.* brevis. *Stig.* obtuſum. *Silicula* obcordata, compreſſa, ſæpius marginata, 2-locularis, 2-valvis: *Valvulis* navicularibus, carinatis.

507. LEPIDIUM. *Linn.* 718.

Periant. Foliis ovatis. *Cor. Petala* ovata, calyce duplo longiora; rarius eo breviora. *Stam.* 2, 3, 4, 6, æqualia, vel inæqualia. *Styl.* brevis. *Stig.* obtuſum. *Silicula* ſubcordata, ſæpius emarginata; 2-locularis, 2-valvis: *Valvulis* acute carinatis, ſepto contrariis.

SILIQUOSI.

508. TURRITIS. *Linn.* 733.

Periant. Foliis oblongis, conniventibus. *Cor. Petala* oblonga, erecta, integra. *Germ.* teres, lon-

longitudine floris. *Styl.* nullus. *Stig.* obtusum. *Siliqua* longissima, angulata, striata, 2-locularis, 2-valvis, polysperma.

509. HESPERIS. *Linn.* 731.

Periant. Foliis tenuibus, conniventibus: *duobus* basi gibbis. *Cor. Petala* oblonga, oblique flexa. *Stam. duo* cæteris dimidio breviora; basi glandula cincta. *Germ.* prismaticum, longitudine calycis. *Styl.* nullus. *Stig.* bifurcatum, apice connivens. *Siliqua* longa, compressa, striata; 2-locularis, 2-valvis, polysperma.

510. ARABIS. *Linn.* 732.

Periant. Foliis oblongis, conniventibus: *duobus* basi gibbis. *Glandula* sive *Squamula* reflexa, intra singulum calycis folium receptaculo affixa, persistens. *Cor. Petala* ovata. *Stam. duo* dimidio breviora. *Germ.* longitudine staminum. *Stylus* nullus. *Stig.* integrum. *Siliqua* linearis, longissima, compressa, ad semina protuberans, polysperma.

511. CHEIRANTHUS. *Linn.* 730.

Periant. Foliis tenuibus, conniventibus: *duobus* basi gibbis. *Cor. Petala* subrotunda, magna. *Filam. duo* breviora basi glandula cincta. *Germ.* prismaticum, longitudine staminum. *Dente glandulato* utrinque notatum. *Styl.* brevissimus. *Stig.* oblongum, sæpius bipartitum,

tum, perſiſtens. *Siliqua* longa, angulata, polyſperma.

512. RAPHANUS. *Linn.* 736.

Periant. Foliis oblongis, conniventibus, baſi ſæpe gibbis. *Cor. Petala* obverſe cordata. *Glandulæ* 4, quarum *duæ* inter ſtamina brevia, & Piſtillum; *duæ* inter ſtamina longiora, & calycem poſitæ. *Germ.* longitudine ſtaminum. *Styl.* nullus. *Siliqua* teres, articulata, torulis ventricoſa, 1-vel 2-locularis, polyſperma.

513. ERYSIMUM. *Linn.* 729.

Periant. Foliis oblongis, conniventibus. *Cor. Petala* oblonga, interdum breviſſima, obtuſa. *Glandula* intra ſingulum ſtamen brevius. *Germ.* 4-gonum, longitudine ſtaminum. *Styl.* breviſſimus. *Stig.* capitatum. *Siliqua* linearis, longa, 4-gona, ſtricta, 2-locularis, 2-valvis, polyſperma.

514. DENTARIA. *Linn.* 726.

Periant. Foliis oblongis, longitudinaliter conniventibus. *Cor. Petala* ſubrotunda. *Germ.* longitudine ſtaminum. *Styl.* breviſſimus. *Stig.* emarginatum. *Siliqua* longa, teres, 2-locularis, 2-valvis: *valvis* elaſtice diſſilientibus, revolventibus.

515. BRASSICA. *Linn.* 734.

Periant. Foliis tenuibus, conniventibus, baſi gibbis.

bis. *Cor. Petala* ſubovata. *Glandulæ* 4, ovatæ, quarum *duæ* inter ſtamina brevia, & piſtillum; *duæ* inter ſtamina longa, & calycem. *Germ.* longitudine ſtaminum. *Styl.* brevis. *Stig.* integrum. *Siliqua* longa, teres, compreſſa, 2-locularis, 2-valvis. *Sem.* globoſa.

516. SISYMBRIUM. *Linn.* 728.

Periant. patulum: *Foliis* tenuibus. *Cor. Petala* patentia, calyce ſæpe minora: *unguibus* minimis. *Stam.* calyce longiora. *Germ.* filiforme. *Styl.* minimus. *Stig.* obtuſum. *Siliqua* teres, longitudinis variæ, ſæpe curva, 2-locularis, 2-valvis: *valvis* dehiſcentibus, rectiuſculis.

517. SINAPIS. *Linn.* 735.

Periant. horizontaliter patens: *Foliis* linearibus, canaliculatis. *Cor. Petala* unguibus erectis: *Limbo* patente, integro. *Glandulæ* 4, quarum *duæ* inter ſtamina brevia, & piſtillum; *duæ* inter ſtamina longa, & calycem. *Germ.* teres. *Styl.* oblongus. *Stig.* capitatum. *Siliqua* longa, ſæpe ſcabra, 2-locularis, 2-valvis, polyſperma. *Diſſepimentum* valvis duplo longius.

518. CRAMBE. *Linn.* 739.

Periant. patens: *Foliis* ovatis. *Cor. Petala* magna, erecto-patula. *Filam.* longiora, apice bifurca: *Ramulo* altero ſterili. *Glandula* inter ſtamina longa, & corollam. *Germ.* oblongum.

Styl.

Styl. nullus. *Stig.* craſſiuſculum. *Caps.* globoſa, 2-valvis, 1-ſperma.

519. ISATIS. *Linn.* 738.

Periant. erecto-patens: *Foliis* ovatis. *Cor. Petala* oblonga, obtuſa. *Stam.* erecto-patula. *Germ.* anceps. *Styl.* nullus. *Stig.* capitatum. *Siliqua* anceps, lanceolata, vel cordata, 1-locularis, 2-valvis, monoſperma: *valvis* carinatis.

520. BUNIAS. *Linn.* 737.

Periant. erecto-patens: *Foliis* oblongis. *Cor. Petala* ovata, calyce duplo longiora. *Germ.* oblongum. *Styl.* nullus. *Stig.* obtuſum. *Siliqua* 4-gona, vel ovata: *angulis* muricatis, inæqualibus. *Semina* pauca.

521. CARDAMINE. *Linn.* 727.

Periant. erectum: *Foliis* parvis, gibbis. *Cor.* aliquando nulla: *Petala unguibus* calyce duplo longioribus: *Limbo* oblongo. *Stam.* interdum tantum 4. *Germ.* longitudine ſtaminum. *Styl.* nullus. *Stig.* integrum. *Siliqua* longa, tenuis, 2-locularis, 2-valvis, elaſtice diſſiliens, polyſperma: *valvis* ſpiraliter revolutis.

CLAS-

CLASSIS XI.

Flores Polypetali, Petalis 3, & 6.

MONOGYNIA.

Petal.	Perianthium	Stamina	Numero		
3	*Nullum*	—	522	ELATE	*Stamina* 3.
			523	CORYPHA	*Stamina* 6.
			524	ARECA	*Stamina* 9.
	2-fidum	—	525	XYRIS	*Calyx gluma* bivalvis.
	3-fidum	3	526	COMMELINA	*Nect.* 3, cruciata, pedunculata, inter ſtamina ſita.
			527	CNEORUM	*Bacca* 3-cocca.
			528	RUMPHIA	*Drupa* 1-ſperma.
			529	PHOENIX	*Monoic. Cor. Femin.* 3-petala.
			530	HERNANDIA	*Monoic. Cor. Femin.* 6-petala.
		6	531	BROMELIA	*Periant.* ſuperum.
			532	BURMANNIA	*Periant.* inferum, 1-phyllum.
			533	TRADESCANTIA	*Periant.* inferum, 3-phyllum.
			534	COCOS	*Monoic.*
			—	GLEDITSIA	*Dioic.* Cor. Patula 563
			—	RUMEX	*Dioic. Cor.* Connivens. - - 577

Petala	Perianthium	Stamina	Numero		
3	3-*fidum*	8	535	POLYGALA	*Petalum* medium tubulatum.
			536	SECURIDACA	Cor. quasi papilionacea.
		9	—	HYDROCHARIS	- - - - 588
	4-*fid.*	3	537	TAMARINDUS	
6	*Nullum*	2	538	OPHRIS	Cor. labium inferius subcarinatum.
			539	ORCHIS	Cor. Lab. Infer. corniculatum.
			540	SATYRIUM	Cor. Lab. Infer. Inflato-didymum.
			541	SERAPIAS	Cor. Lab. Infer. ovato-cordatum.
			542	CYPRIPEDIUM	Cor. Lab. Infer. ventricosum.
			543	LIMODORUM	Cor. Petalum sextum pedicellatum.
			544	EPIDENDRUM	Cor. Petalum sextum tubulatum, obliquum.
			545	ARETHUSA	Cor. Petalum sextum tubulatum in fundo corollæ.
		3	546	SISYRINCHIUM	*Stam.* stylo insidentia.

Petala	Perianthium	Stamina	Numero		
6	Nullum	3	547	IXIA	*Corolla* ſupera æqual.
			548	WACHENDORFIA	*Corolla* infera.
		6	549	GALANTHUS	*Petala* interiora breviora, emarginata.
		Cor. ſupera	550	NARCISSUS	*Stam.* intra nectarium 6-fidum.
			551	PANCRATIUM	*Stam.* Nectario 12-fido impoſita.
			552	LEUCOJUM	Cor. Campanulata. *Stig.* ſimplex.
			553	AMARYLLIS	Cor. Campanulata. *Stig.* 3-fidum.
		Cor. infera	554	APHYLANTHES	*Spathæ* glumoſæ, didymæ.
			555	ALLIUM	*Spatha* umbellæ.
			556	BULBOCODIUM	*Petala* unguibus longis, ſtaminiferis.
			557	ERITHRONIUM	*Petala* alterna baſi duobus tuberculis notata.
			558	FRITILLARIA	*Petala* baſi fovea nectarifera. Cor. baſi concava.
			559	UVULARIA	*Petala* baſi fovea nectarifera. Cor. baſi anguſta.

Petala	Perianthium	Stamina	Numero		
6	*Nullum*	6	560	LILIUM	*Petala* linea nectarifera intus decurrente.
			561	ASPARAGUS	*Petala* erecta. *Interiora* apice reflexa.
			562	GLORIOSA	*Petala* undulata, reflexa. *Stylus* obliquus.
			563	CYANELLA	*Filam.* infimum longius, declinatum.
			564	LILIASTRUM	*Filam.* 3. longiora declinata.
			565	ORNITOGALUM	*Filam.* altera basi dilatata.
			566	SCILLA	*Filam.* filiformia.
			567	TULIPA	*Stylus* nullus. *Corolla* erecta.
			568	YUCA	*Stylus* nullus. *Corolla* patula.
			569	ANTHERIUM	*Capsula* ovata. *Petala* plana.
	3-*fidum*	—	—	NARTHECIUM	- - - - 569
	6-*fidum*	—	570	LEONTICE	*Nectarium* 6-phyllum.
			571	BERBERIS	*Stylus* nullus.
	Multifidum	—	572	PEPLIS	*Periant.* campanulatum, 12-dentatum.

LY-

Petala	Perianthium	Stamina	Numero		
6	*Multifidum*	6	—	LYTHRUM	*Periant.* tubulatum, 12-fidum - 868

DIGYNIA.

			—	RUMEX	*Hermaphrodit.* - 577
			573	SOLANDRA	*Monoic.*

TRIGYNIA.

3	*Nullum*	—	574	BORASSUS	
	3-fidum	3	575	TILLÆA	*Germina* 3.
			576	LECHEA	*Petala* linearia,
			577	JUNIPERUS	*Dioic. Femin.*
		6	578	RUMEX	*Petala* Conniventia.
			579	TRIGLOCHIN	*Petala* Calyciformia.
			580	TRILLIUM	*Germ.* integr. *Bacca.*
			581	CHAMÆROPS	*Germina* 3.
	4-fidum	—	582	BUXUS	*Femin.*
6	*Nullum*	6	583	MEDEOLA	*Petala* revoluta.
			584	MELANTHIUM	*Petala* unguibus longis, staminiferis.
			585	HELONIAS	*Petala* decidua. *Capsula* subrotunda,
			586	VERATRUM	*Capsulæ* 3.

Petala	*Perianthium*	*Stamina*	*Numero*		
6	6-*fidum*	6	587	MENISPERMUM	

HEXAGYNIA.

3	—	—	—	DAMASONIUM	*Semina* nuda - 590
			—	TRIGLOCHIN	*Capsula* - - - 579
			588	HYDROCHARIS	*Dioic. Fem.*
6	—	—	589	BUTOMUS	

POLYGYNIA.

3	—	—	590	ALISMA	*Hermaphr.*
			591	EMPETRUM	*Dioic. Fem.*

CLASSIS XI.

Flores Polypetali, Petalis 3. & 6.

MONOGYNIA.

522. ELATE. *Linn.* 1091.

Dioic. Spatha 2-valvis. *Spadix* ramosus. *Masc. Petala* 3. *Stam.* 3.
Femin. Cor. Petala 3. *Stylus* 1. *Drupa* ovata, acuminata.

523. CORYPHA. *Linn.* 1086.

Spatha composita. *Spadix* ramosus. *Cor. Petala* 3, obtusa. *Stam.* 6, corolla longiora. *Styl.* brevis. *Stig.* simplex. *Drupa* globosa. *Nux* magna.

524. ARECA. *Linn.* 1090.

Monoic. Spatha 2-valvis. *Spadix* ramosus. *Masc. Cor. Petala* 3, acuta, rigida. *Stam.* 9.
Femin. Corolla eadem. *Drupa* calyce imbricato.

525 XYRIS. *Linn.* 59.

Spica subrotunda. *Squamæ* subrotundæ, flores distinquentes. *Periant. Gluma* 2-valvis, connivens. *Cor. Petala* 3, patentia, magna, crenata: *unguibus* longitudine calycis. *Stam.*

3, brevia. *Stig.* triplex. *Caps.* ſubrotunda, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

526. COMMELINA. *Linn.* 58.

Spatha cordata, magna, perſiſtens. *Periant.* 3-vel 4-phyllum, parvum. *Cor. Petala* 2, vel 3, maxima. *Nectaria* 3, vel 4, cruciata, Antheras mentientia, filamentis inſidentia. *Stam.* 2, vel 3, ejusdem figuræ, inclinata. *Germ.* quandoque inferum. *Caps.* ſubrotunda, 2-vel 3-locularis, 2-vel 3-valvis. *Sem.* bina.

527. CNEORUM. *Linn.* 47.

Periant. 3-dentatum, minimum, perſiſtens. *Cor. Petala* 3, erecta, anguſta, concava. *Stam.* 3, brevia. *Germ.* 3-lobum. *Styl.* brevis, perſiſtens. *Stig.* 3-fidum. *Bacca* ſicca, 3-loba, 3-locularis, 3-ſperma.

528. RUMPHIA. *Linn.* 1103.

Periant. 3-fidum, erectum. *Cor. Petala* 3, oblonga, obtuſa. *Stam.* 3. *Stig.* 3-gonum. *Drupa* turbinata, coriacea, 3-ſulca. *Nux* 3-locularis. *Nuclei* ſolitarii, 3-quetri.

529. PHOENIX. *Linn.* 1089.

Dioic. Spatha compreſſa, dehiſcens. *Spadix* ramoſus. *Maſc. Periant.* 3-partitum. *Cor. Petala* 3, concava. *Stam.* 3.

Fem. Periant. 3-partitum. *Cor. Petala* 3, minima. *Styl.* brevis. *Stig.* acutum. *Drupa* coriacea. *Nux* ſubovata, magna, ſulcata.

530.

530. HERNANDIA. *Linn.* 931.

Monoic. Masc. Periant. 3-partitum. *Cor. Petala* 3. *Stam.* 3.

Fem. Periant. truncatum, integerrimum. *Cor. Petala* 6. *Drupa* cava, ex calyce facta, fauce aperta. *Nux* mobilis.

531. BROMELIA. *Linn.* 356.

Periant. 3-gonum, 3-fidum, parvum, superum, persistens. *Cor. Petala* 3, lanceolata, erecta, calyce multo longiora. *Nectar. Squamæ* 3, conniventes, ad basin Petalorum sitæ. *Stam.* 6, brevia. *Anth.* sagittatæ. *Stig.* 3-fidum. *Bacca* subrotunda, umbilicata, 3-locularis, polysperma.

532. BURMANNIA. *Linn.* 359.

Periant. prismaticum: *angulis* membranaceis; 3-fidum, coloratum. *Cor. Petala* 3, minima, calyci inserta. *Filam.* 6, minima, in ore calycis posita. *Anth.* mucronatæ, per paria locatæ. *Germ.* cylindraceum. *Stig.* 3, concava. *Caps.* oblonga, 3-locularis, 3-valvis, polysperma.

533. TRADESCANTIA. *Linn.* 360.

Involucr. spathaceum umbellæ inordinatæ. *Periant.* 3-phyllum, patens, persistens: *Foliis* concavis. *Cor. Petala* 3, rotunda, magna, plana. *Filam.* 6, villosa, brevia. *Styl.* brevis.

vis. *Stig.* 3-gonum. *Caps.* ovata, 3-locularis, 3-valvis. *Sem.* parva.

534. COCOS. *Linn.* 1088.

Monoic. Spatha compoſita. *Spadix* ramoſus. *Maſc. Periant.* 3-partitum. *Cor. Petala* 3. *Stam.* 6. *Fem. Periant.* 5-partitum. *Cor. Petala* 3, minima. *Styl.* brevis. *Stig* 3-partitum. *Drupæ* coriacea, 3-gona. *Nux* ſubovata, magna, 3-valvis.

535. POLYGALA. *Linn.* 761.

Periant. 3-phyllum, perſiſtens. *Cor. Petala* 3; quorum *duo Latelaria* oblonga, alæformia, æqualia, perſiſtentia, colorem amittentia: *tertium* tubulatum: *ore* bilabiato; *Lab. Sup.* bifidum. *Lab. Inf.* fimbriatum. *Filam.* 8 circiter, breviſſima, baſi connata. *Stig.* bifidum. *Caps.* obcordata, 2-locularis, 2-valvis, 2-ſperma.

536. SECURIDACA. *Linn.* 763.

Periant. 3-phyllum: *Foliis* ovatis. *Cor.* papilionacea absque vexillo, in cujus locum duo Rudimenta. *Petala* itaque 3. *Filam.* 8, baſi coalita. *Stig.* obtuſum. *Legumen* ovatum, in alam ligulatam deſinens, monoſpermum.

537 TAMARINDUS. *Linn.* 46.

Periant. 4-phyllum, planum. *Cor. Petala* 3, calyce minora; diviſuris calycis; una vacua; inſerta. *Stam.* 3, in diviſura calycis vacua

po-

posita. *Styl.* arcuatus. *Nectarium setæ* duæ breves sub filamentis. *Legumen* longum, pulpa farctum, multiloculare. *Sem.* angulata.

538. OPHRYS. *Linn.* 902.

		926	COMARUM	*Periant.* 10 - fidum. *Recept.* ſpongioſum.
		927	FRAGARIA	*Periant.* 10 - fidum. *Recept.* Baccatum.
		928	POTENTILLA	*Periant.* 10 - fidum. *Recept.* exſuccum.
		929	GEUM	*Periant.* 10 - fidum. *Semina* caudata.
		930	SEMPERVIVUM	*Periant.* 12-fidum.

CLAS-

CLASSIS XV.

Flores Polypetali ſtaminibus ultra 10.

MONOGYNIA.

817. CARYOTA. *Linn.* 1092.

Monoic. *Spatha* compoſita. *Spadix* ramoſus. *Maſc.* *Cor.* *Petala* 3, lanceolata, concava. *Stam.* numeroſa. *Anth.* lineares.

Fem. in eodem ſpadice *Corolla* eadem. *Germ.* ſubrotundum. *Styl.* ſimplex. *Bacca* 1-locularis, 2-ſperma. *Sem.* ſubrotunda, magna.

818. RHEEDIA. *Linn.* 1102.

Periant. nullum. *Cor.* *Petala* 4, ovata, concava, patentia. *Stam.* numeroſa. *Germ.* ſubrotundum. *Bacca* rotunda, parva, ſucculenta, 3-ſperma.

819. MORISONIA. *Linn.* 565.

Periant. ventricoſum, ſemi-bifidum, marceſcens. *Cor.* *Petala* 4, patentia. *Stam.* numeroſa. *Stylus* erectus, cui *Germen* ovatum inſidet. *Stig.* capitatum. *Bacca* globoſa, pedicellata, cortice duro tecta, 1-locularis, poly-ſperma.

820.

820. CHELIDONIUM. *Linn.* 572.

Periant. 2-phyllum: *Foliis* concavis. *Cor.* magna. *Petala* 4, patentia, plana. *Stam.* brevia. *Germ.* cylindraceum, longitudine ſtaminum. *Styl.* nullus. *Stig.* capitatum, bifidum. *Siliqua* longa, 1-locularis, 2-valvis, polyſperma.

821. BOCCONIA. *Linn.* 569.

Periant. 2-phyllum. *Foliis* concavis. *Cor.* *Petala* 4, anguſtiſſima. *Stam.* breviſſima. *Germ.* ſubrotundum, magnum, utrinque contractum. *Styl.* ſemibifidus. *Caps.* utrinque alata, pulpa farcta, 1-ſperma.

822. MAMMEA. *Linn.* 583.

Periant. 2-phyllum: *Foliis* concavis. *Cor.* major. *Petala* 4, ſubrotunda concava. *Stam* corolla, aut longiora, aut breviora. *Styl.* conicus, perſiſtens. *Stig.* ſimplex. *Bacca* globoſa, magna, ſtylo acuminata, 1-locularis, 4-ſperma.

823. PAPAVER. *Linn.* 573.

Periant. 2-phyllum: *Foliis* concavis. *Cor.* magna. *Petala* 4, ſubrotunda, plana. *Stam.* brevia. *Germ.* ſubrotundum, magnum. *Styl.* nullus. *Stig.* planum, depreſſum, radiatum, perſiſtens. *Caps.* ovata, magna, 1-locularis, polyſperma.

824.

824. EUGENIA. *Linn.* 542.

Periant. 4-partitum, ſuperum, perſiſtens: *Laciniis* concavis. *Cor.* duplo major. *Petala* 4, oblonga. *Stam.* Perianthio inſerta. *Germ.* turbinatum. *Stig.* ſimplex. *Drupa* 4-gona, coronata. *Nux* ſubrotunda, glabra.

825. CARYOPHYLLUS. *Linn.* 594.

Periant. duplex: *Fructus* 4-partitum, parvum, perſiſtens. *Floris* 4-phyllum: *Foliis* ſubrotundis. *Cor.* minor. *Petala* 4, ſubrotunda, crenata. *Germ.* oblongum, magnum, corniculis 4. terminatum. *Styl.* ſimplex. *Bacca* umbilicata, 1-ſperma.

826. GRIAS. *Linn.* 1145.

Periant. cyathiforme: *ore* 4-fido: *Laciniis* laceris. *Cor. Petala* 4, concava, coriacea. *Stam.* Petalis longiora. *Germ.* ſubmerſum. *Styl.* nullus. *Stig.* craſſum, 4-gonum, cruce inſculptum. *Drupa* magna, baſi, & apice attenuata. *Nux* 8-ſulcata.

827. CRATÆVA. *Linn.* 528.

Periant. 4-fidum, planum, deciduum. *Cor. Petala* 4, unguiculata, ad idem latus ſurſum flexa. *Germ.* ovatum, ſtylo longo inſidens. *Stig.* capitatum. *Bacca* globoſa, pedicellata, 1-locularis, polyſperma.

828. CAPPARIS. *Linn.* 567.

Periant. 4-phyllum: *Foliis* coriaceis, concavis.

Cor. magna. *Petala* 4, patula, emarginata. *Filam.* longa. *Stylus* ſtaminibus longior, cui *Germ.* ovale inſidet. *Stig.* obtuſum. *Bacca* pedicellata, 1-locularis, polyſperma.

Breynia hujus ſpecies eſt.

829. GARCINIA. *Linn.* 526.

Periant. 4-phyllum, perſiſtens: *Foliis* concavis. *Cor. Petala* 4, concava. *Stam.* brevia, in cylindrum diſpoſita. *Styl.* nullus. *Stig.* peltatum, planum, 8-fidum, perſiſtens. *Bacca* globoſa, coriacea, 1-locularis, 8-ſperma.

830. CALOPHYLLUM. *Linn.* 586.

Periant. 4-partitum, coloratum, deciduum. *Cor. Petala* 4, ſubrotunda, concava. *Stam.* Petalis breviora. *Styl.* ſimplex. *Stig.* capitatum. *Drupa* globoſa, magna. *Nux* acuminata.

831. CAMBOGIA. *Linn.* 576.

Periant. 4-phyllum, deciduum: *Foliis* concavis. *Cor. Petala* 4, oblonga, concava. *Stam.* brevia. *Germ.* ſubrotundum, ſtriatum. *Styl.* nullus. *Stig.* 4-fidum, perſiſtens. *Pomum* ſubrotundum, 8-ſulcatum, 8-loculare, 8-ſpermum. *Sem.* reniformia.

832. ACTÆA. *Linn.* 568.

Periant. 4-phyllum, deciduum: *Foliis* concavis. *Cor.* major, fugax. *Petala* 4, ſub 4-gona, utrinque acuminata. *Germ.* ovatum. *Styl.* nul-

nullus. *Stig.* craſſiuſculum, depreſſum. *Bacca* ovata, unilocularis. *Sem.* ſemiorbiculata, gemino ordine incumbentia.

833. MESUA. *Linn.* 591.

Periant. 4-phyllum, parvum, perſiſtens. *Cor.* magna. *Petala* 4, orbiculata, concava. *Stam.* brevia. *Styl.* ſimplex. *Stig.* capitatum. *Caps.* ſubrotunda, coriacea, ſuturis 4. elatis notata, 4-valvis, 4-ſperma.

834. PORTULACA. *Linn.* 531.

Periant. bifidum, parvum, perſiſtens. *Cor.* major. *Petala* 5, erecta, plana, emarginata. *Stam.* brevia. *Germ.* ſubmerſum. *Styl.* brevis. *Stig.* 5, vel 6, longitudine ſtyli. *Caps.* ovata, calyce tecta, horizontaliter dehiſcens, 1-locularis, polyſperma.

835. ANACAMPSEROS. *Linn. Edit. 4. n.* 524.

Periant. 2-phyllum, perſiſtens: *Foliis* amplexicaulibus. *Cor. Petala* 5, concava, patentia. *Stam.* brevia. *Styl.* ſimplex. *Stig.* 3, craſſiuſcula. *Caps.* 3-gona, 1-locularis, 3-valvis, circumſciſſa, polyſperma.

ad Portulacam nunc reducit Linnæus.

836. WINTERANA. *Linn.* 1140.

Periant. campanulatum, 3-lobum: *Lobis* concavis. *Cor.* major. *Petala* 5, ſeſſilia. *Filam.* in tubum conicum unita. *Anth.* lineares,

extus adnatæ. *Styl.* cylindricus. *Stig.* 3, obtusa. *Bacca* ovata, 3-locularis, 6-sperma.

837. THEOBROMA. *Linn.* 806.

Periant. 3-phyllum, deciduum: *Foliis* concavis, reflexis. *Cor. Petala* 5, erecto-patentia, fornicata, bicornia. *Squamæ* 5, germen cingentes. *Filam.* 5, squamis insidentia. *Anth.* 5 in singulo Filamento. *Styl.* brevis. *Stig.* simplex. *Bacca* cortice lignoso tecta, polysperma. *Sem.* ovata, carnosa.

838. MENTZELIA. *Linn.* 595.

Periant. 5-phyllum, superum, deciduum. *Cor. Petala* 5, patentia. *Filam.* setacea. *Germ.* cylindraceum, longissimum. *Styl.* setaceus. *Caps.* cylindraceo-clavata, 1-locularis, polysperma.

839. PSIDIUM. *Linn.* 541.

Periant. campanulatum, 5-fidum, superum, persistens. *Cor. Petala* 5, concava, patentia, calyci inserta. *Stam.* brevia, ex calyce orta. *Styl.* longissimus. *Stig.* simplex. *Bacca* ovalis, magna, 1-locularis, polysperma. *Sem.* nidulantia.

840. MYRTUS. *Linn.* 543.

Periant. 5-fidum, superum, persistens. *Cor.* magna. *Petala* 5, ovata, cum staminibus calyci inserta. *Stig.* obtusum. *Bacca* ovata, umbilicata, 3-locularis, 3-sperma.

Species una Dioic.

841.

841. PUNICA. *Linn.* 544.

Periant. campanulatum, 5-fidum, ſuperum, coloratum, perſiſtens. *Cor. Petala* 5, erecto-patula, cum ſtaminibus calyci inſidentia. *Styl.* brevis. *Stig.* capitatum. *Pomum* magnum, polyſpermum. *Sem.* nidulantia.

842. CISTUS. *Linn.* 598.

Periant. 5-phyllum, varians, ſæpe hiſpidum, perſiſtens: *Foliis* inæqualibus. *Cor.* magna. *Petala* 5, patentia, plana. *Stam.* breviora. *Styl.* ſimplex. *Stig.* orbiculatum, planum. *Caps.* ſubrotunda, varians, polyſperma.

843. NITRARIA. *Linn.* 1139.

Periant. 5-fidum, parvum, perſiſtens. *Cor. Petala* 5, oblonga, patentia; canaliculata, apice fornicata: mucrone reflexo. *Stam.* 15. *Styl.* longior. *Stig.* ſimplex. *Drupa* acuminata. *Nux* conica, apice crenata.

844. ELÆOCARPUS. *Linn.* 589.

Periant. 5-phyllum: *Foliis* lanceolatis. *Cor. Petala* 5, æqualia, laciniato-lacera. *Stam.* parva. *Styl.* breviſſimus. *Stig.* acutum. *Drupa* ovalis, *Nucleo* criſpato.

845. OCHNA. *Linn.* 584.

Periant. 5-phyllum, perſiſtens. *Cor. Petala* 5, patentia: *unguibus* longitudine calycis. *Stam.* brevia. *Styl.* brevis. *Stig.* ſimplex. *Baccæ*

2, 3, 5, receptaculo ſubrotundo, carnoſo inſidentes, monoſpermæ.

846. MICROCOS. *Linn.* 588.

Periant. 5-phyllum, patens, deciduum. *Cor. Petala* 5, linearia, emarginata, minima. *Stam.* & *Styl.* longitudine calycis. *Stig.* acutum. *Drupa* ſubrotunda. *Nux.* turbinata, fibroſa.

847. CITRUS. *Linn.* 807.

Periant. 5-dentatum, parvum, planum. *Cor. Petala* 5, patentia, plana. *Filam.* in plures faſces coalita. *Anth.* oblongæ. *Stig.* globoſum. *Bacca* ſub carnoſo cortice pulpam veſicularem, 9-locularem continens. *Sem.* bina.

848. AMYGDALUS. *Linn.* 545.

Periant. ſemi 5-fidum, deciduum. *Cor. Petala* 5, oblonga, calyci inſerta. *Stam.* dimidio breviora, ex calyce nata. *Germ.* villoſum. *Stig.* capitatum. *Drupa* villoſa, longitudinaliter ſulcata. *Nux.* lævis, foraminulis punctata, utrinque ſulcata.

849. PRUNUS. *Linn.* 546.

Periant. campanulatum, 5-fidum, deciduum. *Cor. Petala* 5, ſubrotunda, margini calycis inſidentia. *Stam.* calyci inſerta. *Stig.* orbiculatum, raro emarginatum. *Drupa* rotunda, vel oblonga. *Nux* longitudinaliter ſulcata.

850. SLOANEA. *Linn.* 582.

Periant. 5-phyllum, deciduum. *Cor. Petala* 5. *Filam. Exteriora* foliacea, sterilia. *Anth.* lineares adnatæ. *Stig.* perforatum. *Bacca* corticata, magna, echinata, 1-locularis, dehiscens, polysperma.

851. GREWIA. *Linn.* 914.

Periant. 5-phyllum, coriaceum, intus coloratum *Cor.* minor. *Petala* 5. *Squama* incurva ad basin petali. *Receptaculum* columnare, 5-gonum, Germen sustinens. *Styl.* filiformis. *Stig.* 4-fidum. *Stam.* ad germinis basin sita. *Bacca* 4-gona, 4-locularis, 4-sperma.

852. PLINIA. *Linn.* 596.

Periant. 5-partitum, parvum, planum. *Cor. Petala* 5, ovata, patentia. *Styl.* staminibus longior. *Stig.* simplex. *Bacca* globosa, magna, sulcata. *Sem.* 1. globosum, magnum-glabrum.

853. MUNTINGIA. *Linn.* 575.

Periant. 5-partitum, concavum, persistens. *Cor. Petala* 5, subrotunda, patentia, calyci inserta. *Stam.* brevia. *Germ.* villosum. *Styl.* nullus. *Stig.* 5-gonum, capitatum, persistens. *Bacca* globosa, umbilicata, 1-locularis, polysperma.

854. CHRYSOBALANUS. *Linn.* 585.

Periant. 5-dentatum, planum, persistens. *Cor. Pe-*

tala 5, ovata, patentia, plana. *Filam.* villosa, in orbem locata. *Drupa* ovata, magna. *Nux* ovata, sulcis 5 exarata.

855. VATERIA. *Linn.* 592.

Periant. 5-fidum, parvum, persistens. *Cor. Petala* 5, ovata, patentia. *Stam.* breviora. *Styl.* brevis. *Stig.* capitatum. *Caps.* turbinata, coriacea, suturis tribus notata, 1-locularis, 3-valvis, 3-sperma.

856. PEGANUM. *Linn.* 530.

Periant. 5-phyllum, persistens: *Foliis* linearibus. *Cor. Petala* 5, erecto-patula. *Stam.* dimidio breviora. *Styl.* 3-queter, brevis. *Stig.* 3, stylo longiora. *Caps.* subrotunda, 3-locularis, 3-valvis, polysperma.

857. TRIUMFETTA. *Linn.* 529.

Periant. 5-phyllum, deciduum. *Cor. Petala* 5, linearia, reflexa. *Stam.* 16. *Styl.* simplex. *Stig.* bifidum. *Caps.* globosa, aculeis uncinatis tecta; 4-locularis, 4-fariam dehiscens. *Sem.* bina.

858. TILIA. *Linn.* 587.

Bractea oblonga pedunculum multiflorum sustinens. *Periant.* 5-partitum, concavum, coloratum, deciduum. *Cor. Petala* 5, oblonga, apice crenata. *Stig.* 5-gonum, obtusum. *Caps.* globosa, coriacea, 5-locularis, 5-valvis, 5-sperma. *Semen* unicum devenit ad maturitatem.

859.

859. CORCHORUS. *Linn.* 599.

Periant. 5-phyllum, erectum, deciduum: *Foliis* linearibus. *Cor. Petala* 5, anguſta, obtuſa. *Stam.* brevia. *Germ.* ſulcatum. *Styl.* craſſus, brevis. *Stig.* bifidum. *Caps.* varia, 3-vel 5-locularis, 3-vel 5-valvis, polyſperma.

860. CLUSIA. *Linn.* 577. pag. 1309.

Periant. 6-phyllum, imbricatum. *Cor.* magna. *Petala* 5, concava. *Filam.* brevia, introrſum flexa. *Anth.* coalitæ, germen includentes. *Styl.* nullus. *Stig.* 5-dentatum, planum. *Caps.* ſulcata, pulpa farcta, 5-locularis, 5-valvis, polyſperma.

Fl. Maſcul. in eadem planta.

861. SARRACENIA. *Linn.* 578.

Periant. 8-phyllum, quaſi duplex, deciduum. *Exterius* 3-phyllum. *Interius* 5-phyllum, coloratum. *Cor. Petala* 5, unguiculata, introrſum flexa. *Stam.* brevia, ſub Petalis ſita. *Styl.* breviſſimus. *Stig.* clypeatum, peltatum, 5-gonum, Stamina tegens, perſiſtens. *Caps.* 5-locularis, polyſperma.

862. ARGEMONE. *Linn.* 574.

Periant. 2-xel 3-phyllum, deciduum: *Foliis* concavis. *Cor.* major. *Petala* 4, 5, vel 6, patentia. *Stam.* brevia. *Germ.* ovatum, angulatum. *Styl.* nullus. *Stig.* 4-vel 5-fidum,

reflexum, penſiſtens. *Caps.* oblonga, angulata, ſpinoſa, 1-locularis, polyſperma.

863. XYLOPIA. *Linn.* 1165.

Periant. campanulatum, 3-4-5-fidum. *Cor. Petala* 6, lanceolata, ſeſſilia; *Exteriora* majora. *Filam.* nulla. *Anth.* oblongæ, germini inſidentes. *Styl.* conicus. *Stig.* ſimplex. *Drupa* ſicca, ſubrotunda, roſtrata. *Nux* cava.

864. LAGERSTROEMIA. *Linn.* 1146.

Periant. campanulatum, 6-fidum. *Cor. Petala* 6, criſpa, contorta: *unguibus* calyce longioribus. *Filam. Exteriora* 6 cæteris craſſiora, corolla longiora. *Styl.* longitudine ſtaminum majorum. *Stig.* ſimplex. *Fructus* ignotus.

865. THEA. *Linn.* 593.

Periant. 6-partitum, parvum, planum, perſiſtens. *Cor.* magna. *Petala* 6, concava. *Stam.* breviora. *Germ.* ſubtrigonum. *Styl.* brevis. *Caps.* 3-cocca 3-locularis, apice dehiſcens. *Sem.* globoſa, ſolitaria.

866. LECYTHIS. *Linn.* 1147.

Periant. 6-phyllum, imbricatum, perſiſtens. *Cor. Petala* 6, quorum 4 *ſuperiora* ſubrotunda; *Bina inferiora* oblonga, majora. *Nectarium* ligulatum, baſi pro germine perforatum. *Filam.* breviſſima, ſuperne craſſiora, baſi nectarii inſerta. *Germ.* acuminatum. *Styl.* nul-

nullus. *Stig.* conicum, obtusum. *Fructus* lignosus, pulpa farctus, polyspermus.

867. BLAKEA. *Linn.* 1141.

Periant. duplex: *Fructus* 6-phyllum, patens: *Foliis* concavis, per paria sitis. *Floris* margo 6-gonus, integer. *Cor. Petala* 6, patentia. *Filam.* 12. *Anth.* 3-gonæ, magnæ, in anulum connatæ. *Stig.* acutum. *Caps.* ovata, 6-locularis, polysperma.

868. LYTHRUM. *Linn.* 532.

Periant. tubulatum, striatum, 10- vel 12-dentatum: *Dentibus* alternis latioribus. *Cor. Petala* 4, 5, vel 6, patentia, margini calycis inserta. *Stam.* 6, 10, vel 12, inæqualia. *Styl.* declinatus. *Stig.* orbiculatum. *Caps.* oblonga, calyce tecta, 2-locularis, polysperma.

869. SANGUINARIA. *Linn.* 570.

Periant. 2-phyllum, deciduum: *Foliis* concavis. *Cor. Petala* 8, patentia, quorum *Exteriora* 4. majora. *Stam.* breviora. *Germ.* oblongum, compressum. *Styl.* nullus. *Stig.* obsoletum, bisulcatum, persistens. *Siliqua* ovata, utrinque acuta, 2-valvis, polysperma.

870. PODOPHYLLUM. *Linn.* 571.

Periant. 3-phyllum, deciduum: *Foliis* concavis. *Cor.* minor. *Petala* 9, orbiculata, concava, margine plicata. *Filam.* brevissima. *Anth.* ma-

magnæ. *Germ.* oblongum. *Styl.* nullus. *Stig.* plicatum, perſiſtens. *Caps.* ovata, 1-locularis, polyſperma.

871. BIXA. *Linn.* 581.

Periant. 5-dentatum, parvum, perſiſtens. *Cor. Petala* 10, quorum *Exteriora* 5 majora, rudiora. *Stam.* brevia. *Styl.* brevis. *Stig.* compreſſum, bifidum. *Caps.* ſubcordata, hiſpida, 1-locularis, 2-valvis, polyſperma.

872. CACTUS. *Linn.* 539.

Periant. tubulatum, ſquamis imbricatum, ſuperum, deciduum. *Cor. Petala* multa, conniventia, unguibus unita; *Exteriora* majora. *Stam.* brevia, calyci inſerta. *Stig.* capitatum, multifidum. *Bacca* oblonga, aſpera, 1-locularis, polyſperma.

873. NYMPHÆA. *Linn.* 579.

Periant. 4-vel 5-phyllum, magnum, intus coloratum, perſiſtens. *Cor. Petala* numeroſa, calyce minora, lateri germinis inſerta. *Filam.* brevia. *Anth.* oblongæ, adnatæ. *Germ.* magnum. *Styl.* nullus. *Stig.* peltatum, planum, radiatum, perſiſtens. *Bacca* ſubrotunda, truncata, intus pulpoſa, polyſperma.

DIGY-

DIGYNIA.

874. CRATÆGUS. *Linn.* 547.

Periant. 5-fidum, concavum, ſuperum, perſiſtens. *Cor. Petala* 5, concava, calyci impoſita. *Stam.* calyci inſerta. *Styli* duo. *Stig.* capitata. *Bacca* ſubrotunda, umbilicata, 2-ſperma.

875. AGRIMONIA. *Linn.* 534.

Periant. ſuperum, duplex; *Exterius* varium. *Interius* 5-fidum, perſiſtens. *Cor. Petala* 5, vel 6, emarginata, calyci inſidentia. *Stam.* 7 ad 12, brevia, e calyce nata. *Styli* 2, breves. *Stig.* obtuſa. *Sem.* duo in calyce indurato.

Agrimonoides huc pertinet.

876. HELIOCARPUS. *Linn.* 533.

Periant. 4-phyllum, deciduum: *Foliis* linearibus, longis. *Cor. Petala* 4, anguſta, calyce breviora. *Stam.* 16. *Styli* duo. *Stig.* diſtantia. *Caps.* turbinata, compreſſa; radiis pinnatis utrinque longitudinaliter ornata, 2-locularis, 2-ſperma.

877. ASCYRUM. *Linn.* 809

Periant. 4-phyllum, perſiſtens: *Foliis duobus exterioribus* parvis; *interioribus* magnis, cordatis. *Cor.* inæqualis. *Petala* 4: *duobus exter-*

ternis majoribus. *Filam.* basi in 4. phalanges coalita. *Styli* duo. *Caps.* oblonga, calyce tecta, 2-valvis, polysperma.

878. CURATELLA. *Linn.* 1151.

Periant. 5-phyllum: *Foliis* subrotundis, concavis: *Infimo* petaliformi. *Cor.* calyci simillima. *Petala* 4. *Stam.* brevia. *Germ.* bipartitum. *Styli* simplices. *Stig.* capitata. *Caps.* biloba: *Lobis* subrotundis, 2-spermis.

879. PÆONIA. *Linn.* 600.

Periant. 4-vel 5-phyllum, parvum, persistens: *Foliis* concavis. *Cor.* magna. *Petala* 5, vel 8, concava. *Filam.* brevia. *Anth.* oblongæ, 4-gonæ. *Stamina* sæpe luxuriantia in petala mutantur. *Germ.* 2, vel 3, villosa. *Styl.* nullus. *Stig.* oblonga. *Caps.* 2, vel 3, villosæ, 1-loculares, 1-valves, polyspermæ.

880. JUGLANS. *Linn.* 950.

Monoic. Masc. Amentum oblongum, imbricatum. *Calyx squama* uniflora. *Cor.* elliptica, 6-partita: *Laciniis* concavis, pedicellatis. *Filam.* 18, brevissima. *Anth.* oblongæ.

Fem. sine Amento maribus sociata. *Periant.* 4-fidum, superum, minimum. *Cor.* paulo major, 4-partita, erecta. *Styli* duo, brevissimi. *Stig.* clavata. *Drupa* ovalis. *Nux* sulcata, 2-valvis. *Nucl.* 4-lobus, varie sulcatus.

TRI-

TRIGYNIA.

881. ACONITUM. *Linn.* 603.

Periant. nullum. *Cor.* irregularis. *Petala* 5, horum *duo* descendentia; *bina* lateralia; *suprenum* galeatum, apice acuto. *Nectaria* duo fistulosa, curva, pedunculis longis sustentata, sub Petalo galeato sita. *Filam.* brevia, basi plana. *Germ.* 3, vel 5. *Styli* breves. *Siliquæ* totidem, oblongæ, 1-valves, polyspermæ.

882. BEGONIA. *Linn.* 1024.

Periant. nullum. *Cor.* regularis. *Petala* 5, cordata, supera, patentia. *Filam.* brevia. *Germ.* 3-gonum: *angulis* membranaceis. *Styli* 3, breves, bifidi. *Stig.* globosa. *Caps.* 3-angularis, 3-locularis, polysperma.

Fl. Masc. in eadem planta, Petalis 4. inæqualibus.

883. DELPHINIUM. *Linn.* 602.

Periant. nullum. *Cor.* irregularis. *Petala* 6, quorum 4. patentia; 5*tum* calcaratum, in quo 6*tum.*, pariter calcaratum reconditum. *Filam.* brevia, inclinata, basi lata. *Germ.* 1, vel 3. *Styl.* totidem, breves. *Siliqua* 1, vel 3, 1-valves, polyspermæ.

884. SORBUS. *Linn.* 548.

Periant. 5-fidum, superum, persistens. *Cor. Pe-*

ta-

tala 5, concava, patentia, calyci insidentia. *Stam.* calyci inserta. *Styli* 3. *Stig.* capitata. *Bacca* globosa, umbilicata, 3-sperma.

885. EUPHORBIA. *Linn.* 536.

Periant. ventricosum, rugosum, 4-vel 5-dentatum, coloratum, persistens. *Cor. Petala* 4, vel 5, crassa, turbinata, persistentia, parva, margini calycis inserta. *Stam.* receptaculo insidentia. *Germ.* 3-quetrum, stylo insidens. *Stig.* 3, bifida. *Caps.* pedicellata, 3-cocca, 3-sperma.

886. RESEDA. *Linn.* 535.

Periant. 4-5-vel 6-partitum, persistens. *Cor. Petala* 3, 4, 5, vel 6, quorum *aliqua* semper 3-fida, & *unum* basi gibbum, melliferum. *Stam.* brevia; in unica specie 11. *Anth.* oblongæ, magnæ. *Germ.* gibbum. *Styli* 3, 4, 5, breves. *Caps.* gibba, stylis acuminata, 1-locularis, polysperma.

887. HYPERICUM. *Linn.* 808.

Periant. 5-partitum, persistens: Laciniis concavis. *Cor. Petala* 5, patentia. *Filam.* basi in 5. phalanges unita. *Germ.* subrotundum. *Styli* 1, 2, 3, 5. *Stig.* simplicia. *Caps.* subrotunda, varia; *Loculis* numero stylorum, polysperma.

888. CROTON. *Linn.* 960.

Monoic. Masc. Periant. cylindraceum, 5-dentata-

tatum. *Cor. Petala* 5. *Filam.* 10, vel 15, basi coalita.

Fem. Periant. polyphyllum. *Cor.* nulla. *Germ.* subrotundum. *Styli* 3, bifidi. *Caps.* 3-locularis, 6-valvis, 3-sperma.

TETRAGYNIA.

889. PHILADELPHUS. *Linn.* 540.

Periant. 4-vel 5-partitum, superum, persistens. *Cor.* magna. *Petala* 4, vel 5, patentia, plana. *Stam.* calyci inserta. *Styli* 4, raro 5. *Caps.* calyce per medium cincta, 4-vel 5-locularis, 4-vel 5-valvis, polysperma.

890. CIMICIFUGA. *Linn. Edit.* 4. *n.* 1082.

Periant. 4-phyllum, deciduum: *Foliis* concavis. *Cor. Petala* 4, subrotunda. *Filam.* capillaria. *Germ.* 4, angulata. *Styli* breviſſimi. *Caps.* 4, polyspermæ. *Sem.* villis foliaceis hispida.

ad Actæam modo refert Linnæus.

PENTAGYNIA.

891. NIGELLA. *Linn.* 606.

Periant. nullum. *Cor. Petala* 5, ovata, plana. *Nectaria* 5: *tubo* minimo, 3-fido, intra co-

rollam posita. *Germ.* 5, vel 10, compressa. *Styli* totidem, longi, revoluti. *Caps.* totidem, oblongæ, connexæ, stylis acuminatæ, polyspermæ.

892. AQUILEGIA. *Linn.* 605.

Periant. nullum. *Cor. Petala* 10, quorum 5 *alterna* ovata, patentia, plana; *Reliqua* cornu nectariferum dependens formantia. *Stam.* inæqualia. *Germ.* 5. *Styli.* totidem. *Caps.* 5, erectæ, 1-valves, polyspermæ.

893. MESEMBRYANTHEMUM. *Linn.* 552.

Periant. 4- vel 5-fidum, superum, patens, persistens. *Cor. Petala* linearia, multorum ordinum, *unguibus* unita. *Styli* 4, 5, vel 10. *Caps.* carnosa: *Loculis* numero stylorum, polysperma.

894. MESPILUS. *Linn.* 549.

Periant. 5-fidum, superum, persistens. *Cor. Petala* 5, subrotunda, concava, calyci insidentia. *Stam.* calyci inserta. *Styli* 5. *Stig.* capitata. *Bacca* subrotunda, umbilicata, 5-sperma. *Sem.* ossea.

895. PYRUS. *Linn.* 550.

Periant. 5-fidum, superum, persistens. *Cor. Petala* 5, subrotunda, calyce, cui inserta, majora. *Stam.* ex calyce nata. *Styli* 5. *Stig.* simplicia. *Pomum* carnosum, umbilicatum, 5-loculare; *Loculis* membranaceis. *Sem.* pauca.

896.

896. REAUMURIA. *Linn.* 1152.

Periant. 5 - phyllum, perſiſtens: baſi acceſſoriis auctum. *Cor.* duplo major. *Petala* 5. *Stam.* longitudine calycis. *Germ.* ſubrotundum. *Styli* 5, breves. *Caps.* 1 - locularis, 5 - valvis, polyſperma.

897. DALIBARDA. *Linn.* 555.

Periant. 5-fidum, perſiſtens. *Cor. Petala* 5, ovata, calyci impoſita. *Stam.* calyci inſerta. *Germ.* 5, *Styli* totidem, laterales. *Sem.* nuda.

898. SPIRÆA. *Linn.* 554.

Periant. 5 - phyllum, planum, perſiſtens. *Cor. Petala* 5, patentia, plana, calyci inſidentia. *Stam.* ex calyce orta. *Germ.* 3, 5, vel plura. *Styli* totidem. *Caps.* ejusdem numeri, compreſſæ, 2-valves, polyſpermæ.

Filipendula, & *Aruncus hujus ſpecies ſunt.*

POLYGYNIA.

899. HYDRASTIS. *Linn.* 1153.

Periant. nullum. *Cor. Petala* 3, ovata. *Filam.* compreſſa, Petalis breviora. *Germ.* multa, in capitulum digeſta. *Styli* minimi. *Stig.* latiuſcula. *Bacca* ex acinis oblongis, monoſpermis compoſita.

900. CLEMATIS. *Linn.* 616.

Periant. nullum. *Cor. Petala* 4, vel 5, oblonga. *Stam.* breviora. *Anth.* lineares, adnatæ. *Germ.* numerosa. *Styli* staminibus longiores, persistentes. *Sem.* mucronata, receptaculo capitato insidentia.

901. THALICTRUM. *Linn.* 617.

Periant. nullum. *Cor. Petala* 4, vel 5, concava. *Filam.* superne latiora, Petalis longiora. *Anth.* didymæ. *Germ.* multa, stylis sæpe minimis insidentia. *Stig.* crassiuscula. *Sem.* nuda, intra corticem sulcatum, vel alatum sita.

902. ISOPYRUM. *Linn.* 621.

Periant. nullum. *Cor. Petala* 5, ovata, patentia. *Nectaria* 5: *tubo* brevi, 3-fido, intra corollam sita. *Stam.* Petalis breviora. *Germ.* numerosa. *Styli* brevissimi. *Stig.* oblonga. *Caps.* recurvæ, uniloculares, polyspermæ.

903. HELLEBORUS. *Linn.* 622.

Periant. nullum. *Cor. Petala* 5, 6, vel plura. *Nectaria* 5, aut plura, tubulata: ore bilabiato, in orbem posita. *Stam.* brevia. *Germ.* 3, 5, vel plura. *Styli* totidem. *Caps.* numero germinum: compressæ, 2-valves, polyspermæ.

904. CALTHA. *Linn.* 623.

Periant. nullum. *Cor.* magna. *Petala* 5, patentia, plana. *Nectarium* nullum. *Stam.* brevia.

Germ.

Germ. 5, ad 10. *Styli* nulli. *Stig.* ſimplicia. *Caps.* tot, quot germina; bicarinatæ, dehiſcentes, polyſpermæ.

905. PULSATILLA. *Linn. Edit. 4. n. 549.*

Involucr. multipartitum, a corolla remotum. *Periant.* nullum. *Cor. Petala* 6, oblonga, erecta. *Stam.* dimidio breviora. *Germ.* numeroſa. *Styli* ſtaminibus longiores, perſiſtentes. *Receptac.* oblongum, villoſum. *Sem.* lanata, mucronata.

906. ANEMONE. *Linn.* 614.

Periant. nullum. *Cor. Petala* 6 ad 9, erecto-patula. *Stam.* dimidio breviora. *Germ.* multa, in capitulum collecta. *Styli* breviſſimi. *Stig.* obtuſa. *Receptac.* globoſum, punctatum; *Semina* ſtylis ſæpe mucronata, ſuſtinens.

907. TROLLIUS. *Linn.* 620.

Periant. nullum. *Cor. Petala* circiter 14, conniventia; *alterna exteriora* breviora. *Nectarium*: tubo brevi, unilabiato. *Germ.* numeroſa. *Styli* breviſſimi. *Caps.* multæ, ovatæ, 1-ſpermæ.

908. PLATANUS. *Linn.* 954.

Monoic. Maſc. Amentum globoſum. *Calyx Laciniæ* minimæ ſtamina diſtinquentes. *Cor.* vix manifeſta. *Filam.* in unum coalita. *Anth.* filamentis circumnatæ.

Fem. Amentum globoſum. *Calyx ſquamula* minima. *Cor. Petala* plura, clavata. *Germ.* numeroſa. *Styli* ſimplices. *Sem.* ſetis inſidentia, & ſtylis terminata.

909. STRATIOTES. *Linn.* 607.

Spatha 2-phylla, perſiſtens: *Foliis* carinatis. *Periant.* 3-fidum, ſuperum, deciduum. *Cor.* major. *Petala* 3. cordata. *Stam.* longitudine calycis. *Styli* 6, bifidi. *Bacca* capſularis, 6-aedra, 6-locularis, polyſperma. *Sem.* incurva.

910. SAGITTARIA. *Linn.* 946.

Monoic. Maſc. Periant. 3-phyllum, perſiſtens: *Foliis* concavis. *Cor.* major. *Petala* 3, plana, patentia. *Stam.* minima, in capitulum aggregata. *Anth.* oblongæ.

Fem. infra Maſculos. *Periant.* & *Corolla* eadem. *Germ.* multa, in capitulum congeſta. *Styli* nulli. *Stig.* acuta, perſiſtentia. *Sem.* nuda, marginata, Receptaculo globoſo affixa.

911. ANNONA *Linn.* 613.

Periant. 3-phyllum, parvum: *Foliis* cordatis, acuminatis. *Cor. Petala* 6, cordata: *Interior.* tribus minoribus. *Filam.* vix ulla. *Anth.* numeroſæ, germinis lateri inſidentes. *Styl.* nullus. *Stig.* multa, obtuſa. *Bacca* ſubrotunda, magna, cortice ſquamoſo, punctato tecta, 1-locularis, polyſperma.

912.

912. UVARIA. *Linn.* 612.

Periant. 3-phyllum, planum, perſiſtens. *Cor.* major. *Petala* 6, lanceolata, ſeſſilia. *Filam.* nulla. *Anth.* truncatæ, germini inſidentes. *Styli* copioſi, breves. *Stig.* obtuſa. *Baccæ* numeroſæ, pedicellatæ, polyſpermæ, Receptaculo proprio inſertæ.

913. HEPATICA. *Linn. Edit. 4. n.* 548.

Periant. 3-vel 6-phyllum, perſiſtens: *Foliis* ovatis. *Cor.* major. *Petala* 6 ad 9, patentia. *Stam.* longitudine calycis. *Germ.* multa. *Styli* nulli. *Stig.* capitata. *Sem.* ovata, utrinque acuminata, nuda.

Sub Anemone comprehendit modo Linnæus.

914. MAGNOLIA. *Linn.* 610.

Periant. 3-phyllum, deciduum: *Foliis* Petaliformibus. *Cor. Petala* 9, oblonga. *Stam.* brevia, receptaculo ſub Piſtillis inſerta. *Anth.* lineares, adnatæ. *Germ.* multa. *Styli* recurvi. *Stig.* villoſa. *Caps.* in ſtrobilum diſpoſitæ, 2-valves. *Sem.* ſolitaria, Baccata, filo ex ſquamulis capſularum pendula.

915. LIRIODENDRUM. *Linn.* 609.

Periant. 3-phyllum, deciduum: *Foliis* Petaliformibus. *Cor. Petala* 6, vel 9, oblonga, erecta. *Filam.* brevia. *Anth.* lineares, adnatæ. *Germ.* numeroſa, in conum digeſta. *Styli*

breves. *Sem.* in ſtrobilum imbricata, in ſquamulam deſinentia.

916. ILLICIUM. *Linn.* 1142.

Periant. 4-phyllum, coloratum, deciduum. *Cor. Petala* 8, lanceolata, concava. *Nectaria* 8, Petaliformia. *Filam.* breviſſima. *Anth.* oblongæ, bifidæ. *Germ.* 3. *Styli* breves. *Caps.* 8, in orbem digeſtæ, coriaceæ, 2-valves, 1-ſpermæ.

917. ATRAGENE. *Linn.* 615.

Periant. 4-phyllum, deciduum: *Foliis* obtuſis. *Cor.* major. *Petala* 12, linearia, patula. *Filam.* breviſſima. *Anth.* oblongæ. *Germ.* oblonga. *Styli* breviſſimi, villoſi. *Stig.* oblonga. *Sem.* in caudam longam, piloſam deſinentia.

918. ROSA. *Linn.* 556.

Periant. ſubovatum, baſi carnoſum, collo coarctatum: *Limbo* 5-partito: *Laciniis* ſæpe appendiculatis. *Cor.* magna. *Petala* 5, calyci inſerta. *Filam.* brevia, e calycis collo nata. *Anth.* 3-gonæ. *Germ.* numeroſa. *Stig.* in calycis collo coarctata. *Sem.* hiſpida, calyci interne affixa.

919. RUBUS. *Linn.* 557.

Periant. 5-fidum, patens, perſiſtens: *Foliis* lanceolatis. *Cor. Petala* 5, calyci inſidentia. *Filam.* brevia, calyci inſerta. *Anth.* ſubrotun-

tundæ. *Germ.* numerosa. *Styli* laterales, breves, persistentes. *Bacca* ex acinis succulentis, 1-spermis composita.

920. DRYAS. *Linn.* 562.

Periant. 5-vel 8-fidum. *Cor. Petala* 5, vel 8, emarginata, patentia, calyci insidentia. *Stam.* brevia, ex calyce orta. *Germ.* conferta. *Styli* capillares, laterales, longi. *Sem.* compressa, stylis lanigeris instructa.

921. RANUNCULUS. *Linn.* 619.

Periant. 3-vel 5-phyllum, coloratum, deciduum. *Cor. Petala* 5, nitida, patentia: *Nectar. fovea* supra unguen Petali. *Filam.* brevia. *Anth.* oblongæ. *Germ.* in capitulum congesta. *Styli* nulli. *Sem.* nuda, figuræ diversæ. *Ficaria hujus species est.*

922. ADONIS. *Linn.* 618.

Periant. 5-phyllum, coloratum, deciduum. *Cor. Petala* 5, vel plura, oblonga, nitida. *Filam.* brevissima. *Anth.* oblongæ, inflexæ. *Germ.* in capitulum dispositа. *Styli* nulli. *Sem.* nuda, corticata, ordinibus quinque Receptaculo oblongo adnexa.

923. DILLENIA. *Linn.* 608.

Periant. 5-phyllum, magnum, persistens: *Foliis* concavis. *Cor.* magna. *Petala* 5, coriacea. *Stam.* minima, globum mentientia. *Anth.* oblongæ. *Germ.* multa, oblonga. *Styli* nulli.

li. *Stig.* lanceolata, magna, ſtellam formantia, perſiſtentia. *Caps.* connatæ in unam, ſtigmatibus mucronatam, pulpa repletam, polyſpermam.

924. TORMENTILLA. *Linn.* 560.

Periant. 8-fidum, planum, perſiſtens: *Laciniis alternis* minoribus. *Cor. Petala* 5, cordata, patentia, plana, calyci inſerta. *Stam.* brevia, ex calyce nata. *Germ.* 8, in capitulum congeſta. *Styli* laterales, breves. *Sem.* 8, nuda, Receptaculo exſucco affixa.

925. MICHELIA. *Linn.* 611.

Periant. 8-phyllum, deciduum: *Foliis* lanceolatis. *Cor. Petala* 8, lanceolata, calyce minora. *Stam.* brevia. *Germ.* in ſpicam diſpoſita. *Styli* nulli. *Baccæ* globoſæ, in Racemum digeſtæ, 4-ſpermæ.

926. COMARUM. *Linn.* 563.

Periant. 10-fidum, magnum, coloratum, perſiſtens: *Laciniis alternis* minoribus. *Cor.* triplo minor. *Petala* 5, calyci inſerta. *Stam.* brevia, ex calyce nata. *Anth.* lunares. *Germ.* in capitulum congeſta. *Styli* breves, laterales. *Sem.* Receptaculo ovato, magno, ſpongioſo affixa.

927. FRAGARIA. *Linn.* 558.

Periant. 10-fidum, planum: *Laciniis alternis* anguſtioribus. *Cor. Petala* 5, patentia, calyci inſer-

inſerta. *Stam.* brevia, ex calyce orta. *Anth.* lunares. *Germ.* in capitulum coacervata. *Styli* laterales. *Receptac.* ſeminum Baccatum, coloratum, ſeminibus adſperſum, deciduum.

928. POTENTILLA. *Linn.* 559.

Periant. 10-fidum, planum: *Laciniis alternis* minoribus. *Cor. Petala* 5, ſubrotunda, patentia, calyci inſidentia. *Stam.* brevia, calyci inſerta. *Anth.* oblongæ. *Germ.* in capitulum congeſta. *Styli* laterales. *Sem.* ſubrotunda, Receptaculo ſubrotundo, exſucco adnexa.

929. GEUM. *Linn.* 561.

Periant. 10-fidum, erectiuſculum: *Laciniis alternis* minimis. *Cor. Petala* 5, ſubrotunda, calyci impoſita. *Stam.* brevia, calyci inſerta. *Anth.* latiuſculæ. *Germ.* in capitulum diſpoſita. *Styli* longi, laterales, villoſi, perſiſtentes. *Sem.* compreſſa, caudata, Receptaculo oblongo, hirſuto affixa.

930. SEMPERVIVUM. *Linn.* 538.

Periant. ſæpiſſime 12-fidum, concavum, perſiſtens. *Cor. Petala* 12, lanceolata, concava. *Stam.* 12, brevia. *Germ.* 12. in orbem poſita. *Styli* totidem. *Caps.* 12, oblongæ, compreſſæ, polyſpermæ.

CLAS-

Petala | Numero

CLASSIS XVI.

Flores Columniferi.

PERIANTHIO SIMPLICI.

Petala	Numero		
5	931	SIDA.	*Perianth.* angulatum.
	932	NAPÆA	*Perianth.* teres,
	933	PENTAPETES	*Filam.* 5 cæteris longiora, sterilia.
	934	STEWARTIA	*Stylus* simplex. *Stig.* 5.
	935	ADANSONIA	*Stylus* longissimus. *Stig.* 10.

PERIANTHIO DUPLICI.

	936	GOSSYPIUM	*Periant.* Externum 3-fidum. *Caps.* 4-locularis.
	937	LAVATERA	*Periant.* Externum 3-fidum. *Caps.* plures, coalitæ.
	938	MALVA	*Periant.* Externum 3-phyllum. *Caps.* plures in orbem coalitæ.
	939	MALOPE	*Periant.* Externum 3-phyllum. *Caps.* plures conglomeratæ.
	940	URENA	*Periant.* Externum 5-fidum.
	941	ALCEA	*Periant.* Externum 6-fidum.
	942	HIBISCUS	*Periant.* Externum 8-vel polyphyllum.
	943	ALTHÆA	*Periant.* Externum 9-fidum.

PERIANTHIO IMBRICATO.

	944	CAMELLIA	

CLASSIS XVI.

Flores Pentapetali, columniferi.

Perianthium patens, perſiſtens. *Corolla* major. *Petala* 5, verticaliter cordata: *unguibus* unitis. *Filamenta* numeroſa, baſi in tubum coalita, ſuperne diſtincta. *Germen* unicum. *Stylus* unicus. *Stigmata* ſæpius plura.

PERIANTHIO SIMPLICI.

931. SIDA. *Linn.* 747.

Periant. 5-fidum, angulatum. *Cor. Petala* emarginata. *Germ.* orbiculatum. *Stylus* brevis, ſemi-multifidus. *Caps.* plures, ſubrotundæ, coalitæ, 1-ſpermæ.

932. NAPÆA. *Linn.* 748.

Periant. 5-fidum, teres. *Cor. Petala* patentia, vel convoluta. *Styl.* ſuperne multifidus. *Germ.* ſubrotundum. *Caps.* conniventes, coadunatæ, muticæ, 1-ſpermæ.

Species una Dioica eſt.

933. PENTAPETES. *Linn.* 757.

Periant. 5-partitum, coriaceum, interne lanatum. *Cor. Petala* lanceolata, patentia. *Filam.* 5. cæteris longiora, ſterilia. *Germ.* ſubrotundum. *Styl.* ſimplex. *Stig.* craſſiuſculum. *Caps.* li-

lignosa, 5-locularis, polyspermа. *Sem.* membranacea.

934. STEWARTIA. *Linn.* 758.

Periant. 5-partitum, patens: *Laciniis* concavis. *Cor. Petala* ovata, patentia. *Germ.* subrotundum, hirsutum. *Styl.* simplex. *Stig.* 5-fidum. *Pomum* exsuccum, 5-lobum, 5-loculare, dissiliens. *Sem.* solitaria.

935. ADANSONIA. *Linn.* 1094. *pag.* 1382.

Periant. semi 5-fidum, deciduum: *Laciniis* revolutis. *Cor. Petala* nervosa, revoluta. *Filam.* superne horizontaliter patentia. *Germ.* ovatum. *Styl.* longissimus, intortus. *Stig.* 10, villosa, patentia. *Caps.* lignosa, multilocularis, polyspermа.

PERIANTHIO DUPLICI.

936. GOSSYPIUM. *Linn.* 755.

Periant. Externum 3-fidum. *Internum* minus, cyathiforme, 5-fariam emarginatum. *Cor. Petala* cordata, plana. *Germ.* subrotundum. *Styl.* columnaris. *Stig.* 4, crassiuscula. *Caps.* acuminata, 4-locularis, 4-valvis, polyspermа. *Sem.* lana obvalata.

937.

937. LAVATERA. *Linn.* 752.

Periant. Externum 3-fidum. *Internum* 5-fidum, erectum. *Cor. Petala* cordata, plana. *Germ.* orbiculatum. *Styl.* brevis. *Stig.* multa, ſetoſa. *Caps.* multæ, in orbiculum articulatum unitæ, Receptaculo columnari affixæ, 1-ſpermæ.

938. MALVA. *Linn.* 751.

Periant. Externum 3-phyllum, laxum. *Internum* 5-fidum, laxum. *Cor. Petala* cordata, plana. *Germ.* orbiculatum. *Styl.* brevis. *Stig.* multa, ſetoſa. *Caps.* multæ, orbiculum articulatum conſtituentes, Receptaculo columnari affixæ, 1-ſpermæ.

939. MALOPE. *Linn.* 753.

Periant. Externum 3-phyllum, laxum: *Foliis* cordatis. *Internum* 5-fidum, erectum. *Cor. Petala* cordata, plana. *Germ.* plura, ſubrotunda. *Styl.* ſimplex, brevis. *Stig.* plura, ſeracea. *Caps.* multæ, in capitulum conglomeratæ, 1-ſpermæ.

940. URENA. *Linn.* 754.

Periant. Externum 5-fidum. *Internum* 5-phyllum: *Laciniis* angulatis, anguſtis. *Cor. Petala* obtuſa cum acumine. *Germ.* 5-gonum, ſubrotundum. *Styl.* ſimplex. *Stig.* plura, pi-

piloſa. *Caps.* 5-gona, echinata, 5-locularis, 5-valvis, polyſperma.

941. ALCEA. *Linn.* 750.

Periant. Externum 6-fidum. *Internum* 5-fidum, majus. *Cor. Petala* emarginata, patula. *Filam.* in tubum 5-gonum coalita. *Germ.* orbiculatum. *Styl.* brevis. *Stig.* plura, ſetoſa. *Caps.* multæ, in orbiculum articulatum coalitæ, Receptaculo columnari affixæ, 1-ſpermæ.

942. HIBISCUS. *Linn.* 756.

Periant. Externum 8-vel polyphyllum: *Foliis* linearibus. *Internum* cyathiforme, 5-fidum. *Cor. Petala* cordata. *Germ.* ſubrotundum. *Styl.* ſtaminibus longior. *Stig.* 5, capitata. *Caps.* 5-locularis, 5-vel polyſperma.

943. ALTHÆA. *Linn.* 749.

Periant. Externum 9-fidum. *Internum* 5-fidum. *Cor. Petala* cordata, plana. *Germ.* orbiculatum. *Styl.* brevis. *Stig.* multa, ſetacea. *Caps.* multæ, in orbiculum articulatum digeſtæ, Receptaculo columnari affixæ, 1-ſpermæ.

PE-

PERIANTHIO IMBRICATO.

944. CAMELLIA. *Linn.* 759.

Periant. polyphyllum, imbricatum: *Foliis interioribus* majoribus. *Cor. Petala* ovata. *Filam.* basi in coronam coalita. *Germ.* subrotundum. *Styl.* subulatus. *Stig.* acutum, reflexum. *Caps.* lignosa, turbinata, sulcata. *Nuclei* numero sulcorum.

CLASSIS XVII.

Flores Apetali Perianthio Corollino.

MONOGYNIA.

Perianthium	Stamina	Numero		
Integ.	—	945	DIRCA	
3-fidum	—	946	ASARUM	*Periant.* monophyllum.
		947	TREWIA	*Periant.* 3-phyllum.
4-fidum		948	ELÆAGNUS	*Stamina* 4.
supe rum		—	HYPOCISTIS	*Stamina* plura - 946
infe rum		949	LACHNÆA	*Periant.* limbo inæquali.
		950	PASSERINA	*Stam.* tubo calycis impoſita.
		—	SAMYDA	*Filam.* alterna ſterilia - - - - 960
		951	STELLERA	*Stam.* breviſſima. *Sem.* 1, roſtratum.
		952	DAPHNE	*Stam.* breviſſima. *Bacca* pulpoſa.
		—	LAURUS	*Glandulæ* 3, biſetæ in fundo calycis- 966
		—	PERSICARIA	*Stylus* bifidus. *Sem.* 1 - - - 983
		953	RIVINA	*Bacca* ſemine hiſpido.
		—	CERVISPINA	*Dioic.* - - 957

Co-

Perianthium	*Stamina*	*Numero*		
5-*fidum*	5	954	CONOCARPUS	*Periant.* ſuperum. *Flores* aggregati.
		955	THESIUM	*Periant.* ſuperum. *Flores* ſejuncti.
		956	PHYLICA	*Squamæ* in diviſuris calycis. *Stig.* ſimplex.
		957	RHAMNUS	*Squamæ* in diviſuris calycis. *Stig.* diviſum.
		958	GLAUX	*Periant.* campanulatum. *Stig.* capitatum.
		959	ILLECEBRUM	*Periant.* 5-phyllum. *Stig.* ſimplex.
		—	PERSICARIA	*Stylus* bifidus - 983
	10	960	SAMYDA	*Filam.* alterna ſterilia.
		—	STELLERA	*Stamina* breviſſima - - - - 951
	Plura	961	LAETIA	*Stylus* ſtaminibus longior.
		962	SEGVIERIA	*Germ.* ſuperne membranaceum.
		963	DALECHAMPIA	*Monoic. Maſc.*
6-*fidum*	—	964	ACORUS	*Spadix* multiflorus. *Caps.* 3-ſperma.

Perianthium	Stamina	Numero		
6-8-fidum	——	965	ORONTIUM	*Spadix* multiflorus. *Foliculum* 1-ſpermum.
		966	LAURUS	*Filam* alterna baſi glandulifera.
		967	CALAMUS	*Bacca* arida 1-ſperma, retrorſum imbricata.
		968	JUNCUS	*Caps.* 1-locularis.
		969	TAMUS	*Dioic. Periant.* 6-partitum.
		—	SMILAX	*Dioic. Maſc. Periant.* 6-phyllum. - 986

DIGYNIA.

ſuperum	——	970	ANTHOSPERMUM	*Stamina* 4.
		971	CHRYSOSPLENIUM	*Stamina* 8, vel 10.
inferum	——	972	HERNIARIA	*Periant.* 4- vel 5-partitum. *Filam.* 8, vel 10. horum 4, vel 5 ſterilia.
		—	POLYGONUM	*Periant.* 5-partitum. *Sem.* 1, nudum - - - - - 983
		973	SALSOSA	*Periant.* 5-phyllum. *Caps.* 1-ſperma.
		674	TRIANTHEMA	*Periant.* 5-phyllum. *Caps.* polyſperma.

SCLE-

Perianthium	Stamina	Numero		
6-fidum inferum		975	SCLERANTHUS	*Perian.* 5-fidum. *Stam.* 10.
		—	ZIZIPHUS	*Squamæ* in fauce calycis - - 957
		976	ULMUS	*Bacca* exsucca. *Perian.* 1-phyllum.

TRIGYNIA.

		977	SAURURUS	*Calyx* est squama Amenti.
		—	PALIURUS	*Squamulæ* in divisuris calycis - 957
		978	MOLLUGO	*Stamina* 3.
		979	PHARNACEUM	*Stam.* 5. *Perian.* 5-phyllum.
		980	COCCOLOBA	*Stam.* 8. *Perian.* 5-phyllum.
		981	GARIDELLA	*Stam.* 10. *Nectaria* 5-tubulata.
		982	SESUVIUM	*Stam.* numerosa.
		983	POLYGONUM	*Semen* unicum nudum.
		984	PHYLLANTHUS	*Monoic. Caps.* 3-sperma.
		985	AMARANTHUS	*Monoic. Caps.* 1-sperma.
		986	SMILAX	*Dioic.*

Numero		Stamina	Perianthium
	POLYGYNIA.		
987	PETIVERIA	*Styli* 4. *Stamina* 6.	—
988	TETRAGONIA	*Styli* 4. *Stamina* multa.	—
989	PHYTOLACCA	*Styli* multi. *Germ.* integrum.	
990	CALYCANTHUS	*Germina* multa.	
991	ZANTOXYLLUM	*Dioic. Femin.*	

CLAS-

CLASSIS XVII.

Flores Apetali Perianthio Corollæformi, quodammodo colorato.

MONOGYNIA.

945. DIRCA. *Linn.* 437.

Periant. tubulatum, ſenſim amplius, coloratum: *margine* obſoleto, inæquali. *Stam.* 8, calyce longiora. *Styl.* longus, apice flexus. *Bacca* 1-ſperma.

946. ASARUM. *Linn.* 522.

Periant. campanulatum, 3- vel 4-fidum, ſuperum, coriaceum, coloratum, perſiſtens. *Stam.* 12, brevia. *Anth.* oblongæ, medio Filamentorum adnatæ. *Styl.* brevis. *Stig.* ſtellatum, 6- vel 8-fidum. *Caps.* 6- vel 8-locularis, polyſperma.

Hypociſtis huc pertinet.

947. TREWIA. *Linn.* 1104.

Periant. 3-phyllum, ſuperum, coloratum, perſiſtens: *Foliis* reflexis. *Stam.* multa, ſimplicia. *Piſtillum* ſimplex. *Caps.* turbinata, coronata, 3-quetra, 3-locularis, 3-valvis, 3-ſperma.

948. ELÆAGNUS. *Linn.* 148.

Periant. campanulatum, 4-fidum, ſuperum, externe ſcabrum, interne coloratum, deciduum. *Filam.* 4, breviſſima, in diviſuris calycis poſita. *Anth.* oblongæ. *Styl.* brevis. *Drupa* ovata, glabra. *Nux* oblonga.

949. LACHNÆA. *Linn.* 441.

Periant. tubulatum. *tubus* longus, tenuis, coloratus; *Limbo* 4-fido, irregulari. *Filam.* 8, ſetacea. *Styl.* lateralis. *Stig.* hiſpidum. *Sem.* 1, oblongum, ſubbaccatum, intra calycem ſitum.

950. PASSERINA. *Linn.* 440.

Periant. tubulatum. *tubus* in medio ventricoſus, intus coloratus, 4-fidus, perſiſtens. *Stam.* 8, brevia, calycis tubo impoſita. *Stig.* capitatum, ſæpe hiſpidum. *Sem.* 1, ovatum, intra calycem corticatum.

951. STELLERA. *Linn.* 439.

Periant. infundibuliforme. *tubus* longus, coloratus, 4- vel 5-fidus, perſiſtens. *Stam.* 8, vel 10, minima, intra calycem recondita. *Styl.* breviſſimus, perſiſtens. *Sem.* 1, roſtratum.

952. DAPHNE. *Linn.* 436.

Periant. tubulatum. *tubus* coloratus, marceſcens; *Limbo* 4-fido, patente. *Stam.* 8, minima, inæqualiter inſerta, intra calycem abſcondita.

ta. *Germ.* ovatum. *Styl.* minimus. *Stig.* capitatum, planum. *Bacca* 1-sperma.

953. RIVINA. *Linn.* 150.

Periant. 4-partitum, coloratum, persistens: *Foliis* oblongis. *Stam.* 4, 8, vel 12, brevia, persistentia. *Germ.* magnum. *Styl.* brevissimus. *Stig.* obtusum. *Bacca* globosa. *Sem.* 1, compressum, scabrum.

954. CONOCARPUS. *Linn.* 213.

Flores in capitulum aggregati. *Periant.* 5-fidum, parvum, superum, persistens. *Stam.* 5. *Germ.* compressum, magnum, apice crassius. *Sem.* solitarium, nudum, margine membranaceo, crasso cinctum. *Receptaculum* subglobosum.

955. THESIUM. *Linn.* 258.

Periant. turbinatum, 5-fidum, superum, interne coloratum, persistens. *Stam.* 5, brevia, basi laciniarum calycis insidentia. *Styl.* brevis. *Stig.* obtusum. *Sem.* 1, calyce tectum.

956. PHYLICA. *Linn.* 236.

Flores in capitulum, vel discum collecti. *Periant.* duplex. *Exterius* 3-phyllum. *Interius* turbinatum, interne coloratum, 5-fidum. *Squamulæ* 5, conniventes, in divisuris calycis sitæ, stamina mentientes. *Stam.* 5, brevissima, sub squamulis posita. *Pistillum* simplex. *Caps.* 3-loba, 3-locularis, 3-sperma.

957. RHAMNUS. *Linn.* 235.

Periant. ſubventricoſum, 4-vel 5-fidum, interne coloratum. *Squamulæ* 4, vel 5, conniventes, in diviſuris calycis poſitæ. *Stam.* 4, vel 5, minima, ſub ſquamulis ſita. *Germ.* ſubrotundum. *Styl.* 1, 2, 3. *Stig.* emarginatum, 3-vel 4-fidum. *Bacca* ſubrotunda, 2-vel 4-ſperma.

Cerviſpina, *Ziziphus*, & *Paliurus huc revocantur.*

958. GLAUX. *Linn.* 257.

Periant. campanulatum, 5-fidum, interne coloratum, perſiſtens: *Laciniis* revolutis. *Stam.* 5. *Germ.* ovatum. *Stig.* capitatum. *Caps.* globoſa, 1-locularis, 5-valvis, 5-ſperma. *Receptac. ſeminum* magnum, globoſum.

959. ILLECEBRUM. *Linn.* 256.

Periant. 5-gonum, 5-phyllum, in ſetas 5. deſinens, cartilagineum, interne coloratum, perſiſtens. *Stam.* 5, brevia, intra calycem ſita. *Germ.* ovatum. *Stig.* ſimplex. *Caps.* utrinque acuminata, 5-valvis, 1-ſperma.

960. SAMYDA. *Linn.* 525. *pag.* 1382.

Periant 5-partitum, coloratum, perſiſtens. *Squamæ* 5, bipartitæ, Receptaculum cingentes, calyce dimidio breviores. *Stam.* 10, brevia; *alterna* ſquamis, *alba* diviſuris calycis inſerta. *Stig.* globoſum, pubeſcens. *Caps.*

ſub-

subrotunda, 3-valvis, polysperma. *Sem.* in pulpa nidulantia.

961. LAETIA. *Linn.* 1149.

Periant. 5-phyllum, coloratum, marcescens: *Foliis* concavis. *Stam.* numerosa, brevia. *Styl.* longior. *Stig.* capitatum, depressum. *Bacca* globosa, lineis tribus exarata, 1-locularis, polysperma. *Sem.* nidulantia.

962. SEGVIERIA. *Linn.* 1150.

Periant. 5-phyllum, coloratum, patens, persistens. *Stam.* multa, longa, patula. *Germ.* compressum, superne membranaceum: *Latere altero* angustiore. *Styl.* brevissimus, e latere germinis crassiore ortus. *Caps.* oblonga, ala maxima instructa; basi alis brevibus notata, 1-sperma.

963. DALECHAMPIA. *Linn.* 1022.

Monoic. Involucr. duplex. *Exterius* 4-phyllum: *Foliis* linearibus. *Interius* 2-phyllum: *Foliis* 3-fidis. *Masc. Periant.* ventricosum, rugosum, 5-dentatum, coloratum. *Stam.* plura.

Fem. in eodem involucro. *Periant.* multifidum, hispidum. *Germ.* subrotundum. *Styl.* longus, bifidus. *Stig.* plura, in orbem posita. *Caps.* scabra, 3-gona, 3-locularis, 3-sperma.

964.

964. ACORUS. *Linn.* 392.

Spadix digitiformis, cylindricus, craſſus, multiflorus. *Periant.* 6-phyllum, perſiſtens: *Foliis* concavis, ſuperne craſſioribus. *Stam.* 6, calyce longiora. *Anth.* adnatæ. *Germ.* longum, gibbum. *Styl.* nullus. *Stig.* minimum. *Caps.* 3-gona, 3-locularis, 3-ſperma.

965. ORONTIUM. *Linn.* 393.

Spadix cylindraceus, floſculis tectus. *Periant.* 6-phyllum, perſiſtens: *Foliis* ſubrotundis, angulatis. *Germ.* oblongum. *Styl.* nullus. *Stig.* bifidum. *Sem.* unicum, intra ſoliculum tenue, calyce tectum.

966. LAURUS. *Linn.* 452.

Periant. 4-6-8-fidum, vel-partitum. *Segmentis* erectis, concavis, coloratis. *Tubercula* 3, in duas ſetas deſinentia, germen cingentia. *Filam.* 6, 8, 9, vel plura; *Interiora* baſi glandulifera. *Styl.* ſimplex. *Drupa* ovalis, 1-ſperma.

Species quædam Dioic.

967. CALAMUS. *Linn.* 395.

Culmus. *Periant.* 6-phyllum: *Foliis tribus exterioribus* brevioribus, latioribus. *Stam.* 6. *Germ.* ſubrotundum. *Styl.* 3-fidus, contortus. *Bacca* globoſa, exarida, ſquamis retrorſum imbricata, 1-ſperma.

968.

968. JUNCUS. *Linn.* 396.

Culmus. *Calyx communis Gluma* bivalvis. *Periant.* 6-phyllum, coloratum, perſiſtens: *Foliis* acuminatis. *Filam.* 6, breviſſima, *Anth.* oblongæ, erectæ. *Germ.* 3-quetrum. *Styl.* brevis. *Stig.* 3, longa, tenuia, villoſa. *Caps.* 3-quetra, 1-locularis, 3-valvis. *Sem.* nonnulla.

969. TAMUS. *Linn.* 991.

Dioic. Maſc. Periant. 6-partitum: *Foliis* ovato-lanceolatis, ſuperne patentibus. *Stam.* 6, brevia.

Fem. Periant. 6-partitum, ſuperum. *Nectar. linea* ad baſin ſingulæ diviſuræ calycis. *Germ.* magnum, glabrum. *Styl.* 3-fidus. *Bacca* oblonga, 3-locularis. *Sem.* bina.

DIGYNIA.

970. ANTHOSPERMUM. *Linn.* 1029.

Periant. conicum, 4-partitum, ſuperum: *Segmentis* revolutis, parum coloratis. *Stam.* 4. *Anth.* oblongæ, 4-gonæ. *Fructus* ignotus.

Fl. Maſculus in eadem, vel diſtincta planta.

971. CHRYSOSPLENIUM. *Linn.* 493.

Periant. 4-vel 5-partitum, ſuperum, coloratum, perſiſtens. *Stam.* 8, vel 10, brevia. *Styli* duo.

duo. *Caps.* biroſtris, 1-locularis, 2-valvis, polyſperma.

972. HERNIARIA. *Linn.* 272.

Periant. 4- vel 5-fidum, interne coloratum, patens, perſiſtens. *Filam.* 8, vel 10; *Alterna* ſterilia. *Germ.* ovatum. *Stylus* nullus. *Stig.* 2. *Caps.* parva, 1-ſperma. *Sem.* nitidum.

973. SALSOLA. *Linn.* 275.

Periant. 5-phyllum, quodammodo coloratum, perſiſtens. *Stam.* 5, minima, calyci inſerta. *Germ.* globoſum. *Styli* duo, breves. *Stig.* recurva. *Caps.* rotunda. *Sem.* unicum, magnum, cochleæ inſtar revolutum.

974. TRIANTHEMA. *Linn.* 278.

Periant. 5-phyllum, interne coloratum. *Stam.* 5. *Styli* duo, reflexi. *Caps.* 4-gona, bifida, 1-locularis, polyſperma. *Sem.* rugoſa.

975. SCLERANTHUS. *Linn.* 497.

Periant. tubulatum, 5-fidum, margine coloratum, perſiſtens. *Stam.* 10., minima calyci inſerta. *Germ.* ſubrotundum. *Styli* duo, breves. *Sem.* duo, hinc convexa, inde plana; calyce contenta.

976. ULMUS. *Linn.* 281.

Periant. turbinatum, rugoſum, interne coloratum. 5-fidum, perſiſtens. *Stam.* 5, duplo lon-

longiora. *Styli* duo, ſtaminibus breviores, reflexi. *Stig.* pubeſcentia. *Bacca* exſucca, compreſſo-membranacea, 1-ſperma.

TRIGYNIA.

977. SAURURUS. *Linn.* 414.

Flores in Amento. *Calyx ſquama* oblonga, colorata, 1-flora, perſiſtens. *Stam.* 6, longa, in ſingulo latere tria. *Anth.* oblongæ. *Germ.* ovatum. *Styl.* nullus. *Stig.* 3. *Bacca* ovata, 1, ſperma.

978. MOLLUGO. *Linn.* 99.

Periant. 5-phyllum, interne coloratum, perſiſtens. *Stam.* 3. brevia. *Germ.* 3-ſulcum. *Styli* 3, breviſſimi. *Stig.* obtuſa. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

979. PHARNACEUM. *Linn.* 341.

Periant. 5-phyllum, intus coloratum, patens, perſiſtens: *Foliis* concavis. *Stam.* 5. *Germ.* ovatum, 3-gonum. *Styli* 3. *Capſula* oblonga, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma. *Sem.* depreſſa, nitida.

980. COCCOLOBA. *Linn.* 1132.

Periant. 5-phyllum, coloratum, perſiſtens. *Stam.* 8, brevia. *Germ.* umbilico carnoſo cinctum.

Sty-

Styli 3, breviſſimi. *Stig.* lacera. *Bacca* calycina, baſi 5-loba, 1-ſperma.

981. GARIDELLA. *Linn.* 507.

Periant. 5-phyllum, parvum, deciduum. *Nectaria* 5: *tubo* brevi bilabiato: *Lab. Sup.* bifidum. *Lab. Inf.* brevius integrum. *Stam.* 10, brevia. *Germ.* 3, compreſſa. *Styli* minimi. *Caps.* 3, acuminatæ, compreſſæ, 2-valves, polyſpermæ.

982. SESUVIUM. *Linn.* 1143.

Periant. campanulatum, 5-partitum, intus coloratum, marceſcens. *Stam.* numeroſa, brevia, calyci inſerta. *Germ.* oblongum, ſuperne 3-gonum. *Styli* 3, breves. *Caps.* ovata, 3-locularis, horizontaliter dehiſcens, polyſperma. *Sem.* margine roſtrata.

983. POLYGONUM. *Linn.* 445.

Periant. 4- vel 5-partitum, plus, minus coloratum, perſiſtens. *Stam.* 5, 6, 7, 8. *Germ.* ſubrotundum, vel 3-gonum. *Styl.* bifidus, duo, vel tres. *Sem.* 1, 3-quetrum, vel compreſſum, nudum.

Perſicaria hujus eſt ſpecies.

984. PHYLLANTHUS. *Linn.* 932.

Monoic. Maſc. Periant. campanulatum, 3-partitum, coloratum, perſiſtens. *Stam.* 3, brevia, ſuperne diſtantia.

Femi-

Fem. Periant. ſimile. *Styli* 3, bifidi. *Stig.* obtuſa. *Caps.* ſubrotunda, 3-ſulca, 3-locularis, 3-ſperma.

985. AMARANTHUS. *Linn.* 941.

Monoic. Maſc. Periant. 3-vel 5-phyllum, coloratum, perſiſtens. *Stam.* 3, vel 5. *Anth.* verſatiles.

Fem. in eodem Racemo. *Periant.* ſimile. *Styli* 3, breves, perſiſtentes. *Caps.* ovata, 3-roſtris, horizontaliter dehiſcens, 1-ſperma.

986. SMILAX. *Linn.* 992.

Dioic. Maſc. Periant. 6-phyllum, patulum: *Foliis* apice reflexis. *Stam.* 6.

Fem. Periant. ſimile, deciduum. *Styli* 3, minimi. *Stig.* oblonga, pubeſcentia. *Bacca* globoſa, 3-locularis. *Sem.* bina, globoſa.

POLYGYNIA.

987. PETIVERIA. *Linn.* 417.

Periant. 4-phyllum, coloratum, perſiſtens: *Foliis* linearibus. *Stam.* 6. *Germ.* oblongum. *Styli* 4, perſiſtentes. *Stig.* obtuſa. *Sem.* 1, oblongum, baſi teres, ſuperne compreſſum, emarginatum, mucronatum.

988. TETRAGONIA. *Linn.* 551.

Periant. 4-partitum, ſuperum, coloratum, perſiſtens. *Stam.* multa. *Germ.* 4-gonum. *Styli* 4, recurvi. *Stig.* pubeſcentia. *Drupa* 4-gona, alis 4. inſtructa. *Nux* 4-locularis, 4-ſperma.

989. PHYTOLACCA. *Linn.* 521.

Periant. 5-phyllum, coloratum, patens, perſiſtens: *Foliis* concavis. *Stam.* 10, vel plura. *Germ.* orbiculatum, depreſſum, 10-fidum. *Styli* 10, perſiſtentes. *Bacca* orbiculata, 10-ſulcata, 10-locularis, 10-ſperma.

990. CALYCANTHUS. *Linn.* 1144.

Periant. urceolatum, ſquarroſum, coloratum: *Foliis* ſenſim majoribus, Petala mentientibus. *Stam.* copioſa, collo calycis inſerta. *Germ.* numeroſa. *Styli* minimi. *Stig.* glanduloſa. *Sem.* caudata, intra calycem craſſum, ſuccolentum repoſita.

991. ZANTHOXYLUM. *Linn.* 335. *pag.* 1290.

Dioic. Maſc. Periant. 5-partitum, coloratum: *Foliis* ovatis. *Stam.* ſæpius 5.

Fem. Periant. 5-partitum. *Germ.* plerumque 5. *Styli* totidem. *Caps.* numero germinum, in globum congeſtæ, 1-ſpermæ.

CLAS-

CLASSIS XVIII.

Flores Apetali Calyce rudi, aut nullo.

MONOGYNIA.

Calyx	Numero		
nullus	992	HIPPURIS	*Stamen* 1.
	993	FRAXINUS	*Stamina* 2.
	994	DORSTENIA	*Stamina* 4.
	——	NAJAS	*Dioic. Fem. Stylus* integer - - - - - - - 92
	——	TROPHIS	*Dioic. Fem. Stylus* bifidus - - - - - - 450
Integ.	995	SALICORNIA	*Hermaphrod.*
	996	CYNOMORIUM	*Monoic. Stamen* 1.
	997	LEMNA	*Monoic. Stamina* 2.
	998	THUJA	*Monoic. Antheræ* 4, sessiles.
	——	ABIES	*Monoic. Filam.* plura, basi coalita - - - 1016
	——	BATIS	*Dioic. Masc. Amentum* 4-laterale - - - 1082
	999	CECROPIA	*Dioic. squama* Amenti turbinata, 4-gona.
	——	MYRICA	*Dioic. Masc. squamâ* Amenti lunatâ - 1034
	——	JUNIPERUS	*Dioic. Masc. Filam.* 3, basi connata - - - 579
	1000	SALIX	*Dioic. Masc. Glandula* in centro floris. *Fem. Stylus* bifidus.
	——	EXCOECARIA	*Dioic. Masc. Filam.* 3, libera, Glandula nulla - - - - - 1057

Calyx	Numero		
2-fidus	1001	HIPPOMANE	*Monoic. Calyx Masc. Stamen* 1.
	1002	HURA	*Monoic. Calyx Masc. Stam.* plura, basi coalita.
	1003	THELIGONUM	*Monoic. Stam.* plura, distincta.
	1004	HIPPOPHAE	*Dioic. Stamina* 4.
	——	EPHEDRA	*Dioic. Masc. Stam.* 7. basi coalita - - 1050
3-fidus	1005	PROCKIA	*Hermaphrod.*
	1006	TRAGIA	*Monoic. Calyx* Masc. *Capsula.*
	1007	FICUS	*Monoic Calyx* Masc. *Flores* occulti.
	1008	OSYRIS	*Dioic. Stam.* 3. *Bacca* 1-sperma.
	——	MERCURIALIS	*Dioic. Masc. Stam.* 5 ad 15 - - - 1040
	——	ADELIA	*Dioic. Masc. Stam.* 20, basi coalita - - 1063
	——	CLIFFORTIA	*Dioic. Masc. Stam.* 30, distincta - - - 1039
4-fidus	1009	ISNARDIA	*Calyx* superus.
	1010	CAMPHOROSMA	*Calyx* inferus, *Dentes* oppositi minimi.
	1011	NEPENTHES	*Antherae* 4, apici styli adnatæ.
	1012	PARIETARIA	*Semen* 1, nudum.
	1013	SELVADORA	*Bacca* 1-sperma.

OM-

Calyx	Numero		
4-fidus	1014	OMPHALEA	*Monoic. Antheræ* 2, vel 3, Receptaculo immerſæ.
	1015	URTICA	*Monoic. Calyx* Maſc. *Stamina* 4.
	1016	PINUS	*Monoic. Calyx* Maſc. *Stamina* plura, baſi unita.
	1017	VISCUM	*Dioic. Anth.* in ſingula calycis lacinia ſingula. *Bacca* ſupera.
	——	CISSAMPELOS	*Dioic. Maſc. Stam.* 4, baſi coalita - - - 1058
	1018	TAXUS	*Dioic. Stam.* plura, baſi coalita. *Bacca* infera.
5-fidus	1019	ORTEGIA	*Stamina* 3.
Stamina 5	1020	NYSSA	*Periant.* ſuperum.
	1021	ATRIPLEX	*Periant.* inferum. *Maſc.* in eadem planta.
	1022	CHENOPODIUM	*Periant.* inferum. *Floſc.* omnes Hermaphrod.
	——	PISTACIA	*Dioic. Maſc. Flores* in Amento - - 1059
	——	HUMULUS	*Dioic. Maſc. Flores* in Racemo - - - 1033
	——	ACNIDA	*Dioic. Maſc. Periant.* 5-phyllum - - 1076
	1023	CERATONIA	*Dioic. Periant. Maſc.* 5-partitum. *Fem.* 5-dentatum.

Calyx	Numero		
5-fidus	——	CANNABIS	*Dioic. Masc. Periant.* 5-partitum. *Stam.* brevia - - - - 1032
Stamina 5	——	SPINACIA	*Dioic. Masc. Periant.* 5-partitum. *Stam.* longa - - - - 1073
Stamina 10	1024	BUCIDA	*Periant.* superum.
	——	PENTHORUM	*Periant.* inferum. - 718
	——	DATISCA	*Dioic. Masc. Antherae* sessiles - - - - 1064
	——	NYSSA	*Dioic. Masc. Anth.* in Filamentis - - 1020
Stam. plura	1025	DELIMA	*Hermaphrod.*
	1026	STERCULIA	*Monoic.*
Multifidus	1027	AMMANNIA	*Periant.* 8-dentatum, plicatum.
	1028	ALCHEMILLA	*Periant.* 8-fidum. *Semen* 1.
	1029	CERATOPHYLLUM	*Periant.* multipartitum.
	——	HIPPOPHAE	*Dioic. Fem. Periant.* 6-fidum - - - 1004
	——	DIOSCOREA	*Dioic. Masc. Stam.* calyce paulo breviora - 1068
	——	RAJANIA	*Dioic. Masc. Stam.* brevia - - - 1067

DI-

Calyx	*Numero*	
		DIGYNIA.
nullus	1030	BUCEPHALON
Integ.	1031	QUERCUS — *Monoic. Fem. Periant.* Masc. 5-fidum.
	1032	CANNABIS — *Dioic. Fem. Periant.* supernè dehiscens.
	1033	HUMULUS — *Dioic. Fem. Periant.* obliquè sectum.
	1034	MYRICA — *Dioic. Fem. Calyx* squama Amenti.
2-fidus	1035	CERATOCARPUS — *Monoic. Stamen* 1.
	1036	AXYRIS — *Monoic. Periant.* Fem. *Stamina* 3.
	1037	CORYLUS — *Monoic. Periant.* Fem. *Stamina* 8.
3-fidus	1038	BLITUM — *Hermaphrod.*
	1039	CLIFFORTIA — *Dioic. Fem. Periant.* superum.
	1040	MERCURIALIS — *Dioic. Fem. Periant.* inferum.
4-fidus	1041	GALENIA — *Hermaphrod.*
	1042	MORUS — *Monoic. Stamina* 4.
	1043	LIQUIDAMBAR — *Monoic. Stamina* plura.

Calyx	Numero		
5-fidus	1044	BETA	*Stamina* 5. *Semen* 1. nudum.
	1045	BOSEA	*Stamina* 5. *Bacca.*
	1046	CELTIS	*Stamina* 5. *Drupa.*
	1047	CALLIGONUM	*Stam.* numerosa.
		TEREBINTHUS	*Dioic. Fem.* - - 1059
Multifidus	1048	APHANES	*Hermaphrod.*
	1049	CARPINUS	*Monoic. Fem.*
	1050	EPHEDRA	*Dioic. Fem.*

TRIGYNIA.

nullus ad 5-fidum	1051	PIPER	*Calyx* nullus.
	1052	PROSERPINACA	*Periant.* 3-partitum superum.
	1053	TRIPLARIS	*Periant.* inferum.
	1054	ACALYPHA	*Monoic. Periant. Fem.* 3-phyllum. *Masc.* 4-phyllum.
	1055	RICINUS	*Monoic. Periant. Fem.* 3-partitum. *Masc.* 5-partitum.
	1056	FAGUS	*Monoic. Periant. Fem.* 4-fidum. *Masc.* 5-fidum.
	1057	EXCOECARIA	*Dioic. Fem. Amentum* nudum.
	1058	CISSAMPELOS	*Dioic. Fem. Periant.* ligulatum.
	1059	PISTACIA	*Dioic. Fem. Periant.* 3-fidum.

QUE-

Calyx	Numero		
5-fidus	1060	QUERIA	*Stamina* 3. *Caps* 1-sperma.
	1061	MINUARTIA	*Stamina* 3. *Caps.* polyspermа.
	1062	TRIOPTERIS	*Stamina* 10.
	1063	ADELIA	*Dioic. Fem. Styli* laceri.
	1064	DATISCA	*Dioic. Fem. Styli* bifidi.
6-fidus	1065	SCHEUCHZERIA	*Styli* nulli.
	1066	FLAGELLARIA	*Styli* 3.
		CASTANEA	*Monoic.* - - - 1056
	1067	RAJANIA	*Dioic. Fem. Periant.* superum.
	1068	DIOSCOREA	*Dioic. Fem. Periant.* Inferum.

TETRAGYNIA.

	1069	RUPPIA	*Calyx* nullus.
	1070	TETRACERA	*Periant.* 6-phyllum.
	1071	ZANNICHELLIA	*Monoic. Fem. Periant.* 1-phyllum.
	1072	MYRIOPHYLLUM	*Monoic. Fem. Periant.* 4-phyllum.
	1073	SPINACIA	*Dioic. Fem.*

PENTAGYNIA.

	1074	AIZOON	*Stamina* Perianthio inserta.
	1075	GLINUS	*Stamina* Receptaculo inserta.

Calyx	Numero		
		QUERCUS	*Monoic.* - - - 1031
	1076	ACNIDA	*Dioic. Fem. Periant.* 2-phyllum.
	1077	ANTIDESMA	*Dioic. Fem. Periant.* 5-phyllum.

POLYGYNIA.

	1078	ARUM	*Spadix* ſuperne nudus.
	1079	ZOSTERA	*Spadix* altero latere florifer.
	1080	CALLA	*Spadix* totus floſculis tectus.
	1081	CUPRESSUS	*Monoic. Flores* in Amento,
	1082	BATIS	*Dioic. Fem.*

CLAS-

CLASSIS XVIII.

Flores Apetali Calyce rudi, aut nullo.

MONOGYNIA.

992. HIPPURIS. *Linn.* 11.

Flos in alis foliorum ſitus. *Calyx* nullus; niſi margo germen cingens. *Cor.* nulla. *Filam.* 1. *Anth.* bifida. *Styl.* ſtamine longior, ſimplex. *Sem.* 1, ſubrotundum, nudum.

993. FRAXINUS. *Linn.* 1026.

Flores pedunculati. *Calyx* nullus. *Filam.* 2, brevia. *Anth.* oblongæ. *Germ.* compreſſum. *Styl.* brevis. *Stig.* craſſiuſculum, bifidum. *Sem.* 1, lanceolatum.

Fem. in diſtincta planta, *Piſtillo* 1, lanceolato.

994. DORSTENIA. *Linn.* 147.

Flores aggregati. *Involucr. Comm.* angulatum, magnum. *Receptac. Comm.* carnoſum, planum, in cujus foveis 4-angularibus hærent Floſculi nudi; quibus *Stam.* 4, minima. *Styl.* ſimplex. *Sem.* ſolitaria, acuminata, nidulantia.

995. SALICORNIA. *Linn.* 10.

Periant. ventricoſum, 4-gonum, perſiſtens: *Limbo*

bo integro. *Stam.* 1, vel 2. *Styl.* ſimplex. *Stig.* bifidum. *Sem.* 1, in calyce inflato reconditum.

996. CYNOMORIUM. *Linn.* 922.

Monoic. Amentum imbricatum. *Calyx ſquama* concava, truncata, 1-flora. *Filam.* 1, ſquama longius. *Anth.* didyma.

Fem. intermixti. *Calyx* nullus. *Germ.* globoſum. *Styl.* ſimplex. *Sem.* ſubrotundum.

997. LEMNA. *Linn.* 923.

Monoic. Maſc. Periant. ſubrotundum, magnum, integerrimum, latere dehiſcens. *Filam.* 2, incurva. *Anth.* globoſæ, didymæ.

Fem. Periant. ſimile. *Styl.* brevis, perſiſtens. *Caps.* acuminata, 1-locularis. *Sem.* nonnulla, oblonga, ſtriata.

998. THUJA. *Linn.* 957.

Monoic. Maſc. Amentum ovatum. *Calyx Squama* ſubovata, concava, uniflora. *Filam.* vix ullum. *Anth.* in baſi ſquamæ ſitæ.

Fem. in ſtrobilo conico. *Calyx Squama* ovata, biflora. *Styl.* ſimplex. *Sem.* duo, ala membranacea, emarginata cincta, ſub unica ſquamula poſita.

999. CECROPIA. *Linn.* 1171.

Dioic. Maſc. Spatha ovata, dehiſcens, *Amenta* plurima, teretia, imbricata emittens. *Calyx*

Squa-

Squama 4-gona, duplici foramine pertusa. *Filam.* 2, brevia, in calycis foraminulis sita. *Anth.* oblongæ, 4-gonæ.

Fem. Spatha, *Amenta* 4, teretia, germinibus imbricata continens. *Germ.* singulum compresso-4-gonum. *Styl.* brevissimus. *Stig.* lacerum. *Bacca* compressa, 1-sperma.

1000. SALIX. *Linn.* 976.

Dioic. Masc. Amentum oblongum, imbricatum. *Calyx Squama* plana, 1-flora. *Glandula* cylindrica, in medio floris sita. *Filam.* 2, 3, 4, 5, longa.

Fem. Amentum, & *Calyx* similia. *Germ.* in stylum longum, superne bifidum desinens. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis, polysperma. *Sem.* papposa.

Species una Hermaphrod.

1001. HIPPOMANE. *Linn.* 1099. *pag.* 1383.

Monoic. Masc. in Amento. *Periant.* turbinatum, minimum, bifidum. *Filam.* 1. *Anth.* bipartita, sulcata.

Fem. terminalis, solitarius. *Periant.* 3-phyllum, parvum. *Germ.* magnum. *Styl.* brevis, persistens. *Stig.* 6, recurva. *Drupa* magna. *Nux.* lignosa, inæqualis.

1002. HURA. *Linn.* 965. *pag.* 1383.

Monoic. Masc. Amentum ovatum. *Periant.* 2-phyllum, membranaceum: *Foliis* amplexicaulibus.

bus. *Filam.* in corpus cylindricum, apice peltatum, coalita. *Anth.* ovatæ, duplici ordine ſeſſiles.

Fem. Periant. nullum. *Styl.* infundibulif. longus. *Stig.* 12-fidum. *Caps.* 12-locularis: *Loculis* elaſticis, monoſpermis.

1003. THELIGONUM. *Linn.* 947.

Monoic. Maſc. Periant. turbinatum, 6-fidum: *Laciniis* revolutis. *Stamina* plura.

Fem. Periant. bifidum, parvum, perſiſtens. *Styl.* brevis. *Caps.* globoſa, coriacea, 1-ſperma.

1004. HIPPOPHAE. *Linn.* 980.

Dioic. Maſc. Periant. 6-fidum, concavum, connivens. *Filam.* 4, breviſſima. *Anth.* oblongæ, angulatæ.

Fem. Periant. tubulatum, clavatum, deciduum: *Limbo* bifido. *Styl.* breviſſimus. *Stig.* calyce duplo longius. *Bacca* globoſa, 1-ſperma.

1005. PROCKIA. *Linn.* 1148.

Periant. 3-phyllum: *Foliis* ovatis. *Filam.* numeroſa, capillaria. *Germ.* ſub 5-angulare. *Styl.* ſimplex. *Stig.* obtuſiuſculum. *Bacca* 5-gona, 5-locularis, polyſperma.

1006. TRAGIA. *Linn.* 930.

Monoic. Maſc. Periant. 3-phyllum, planum; *Stam.* 3. *Anth.* ſubrotundæ.

Fem. Periant. 5-partitum, perſiſtens: *Foliis* concavis. *Germ.* 3-ſulcatum. *Styl.* apice 3-

fi-

fidus. *Caps.* ſubrotunda, 3-cocca, 3-locularis, 3-ſperma.

1007. FICUS. *Linn.* 1032.

Fructificatio in Pomi carnoſi, tanquam Receptaculi turbinati, conniventis, & ſquamis clauſi cavitate occultata. *Floſculi* pedunculati, potiſſimum *Androgyni*, totam internam Receptaculi ſuperficiem tegentes. *Maſc. Calyx* 3-partitus. *Stam.* 3.

Fem. Calyx 5-partitus. *Germ.* ovale. *Styl.* flexus. *Stig.* duo. *Sem.* 1, ſubrotundum.

1008. OSYRIS. *Linn.* 978.

Dioic. Maſc. Periant. concavum, 3-fidum. *Stam.* 3, minima.

Fem. Periant. ſimile, ſuperum, perſiſtens. *Styl.* nullus. *Stig.* ſubrotundum. *Drupa* globoſa, umbilicata. *Nux* globoſa.

1009. ISNARDIA. *Linn.* 145.

Periant. campanulatum, 4-fidum, ſuperum, perſiſtens. *Stam.* 4, ex medio calycis orta. *Styl.* eis longior. *Stig.* craſſiuſculum. *Caps.* 4-locularis. *Sem.* nonnulla.

1010. CAMPHOROSMA. *Linn.* 152.

Periant. urceolatum, 4-dentatum: *dentibus* duobus alternis minimis. *Stam.* 4, calyce longiora. *Styl.* longus, bifidus. *Caps.* calyce obvoluta, ſuperne dehiſcens. *Sem.* 1, compreſſum, nitidum.

1011.

1011. NEPENTHES. *Linn.* 909.

Periant. 5-partitum, perſiſtens: *Laciniis* ſubrotundis. *Filam.* vix ulla. *Anth.* 4, apici ſtyli adnatæ. *Germ.* tenue. *Styl.* longitudine calycis. *Caps.* columnaris, 4-locularis, 4-valvis, polyſperma.

1012. PARIETARIA. *Linn.* 1020.

Involucr. Comm. ſæpius adeſt, 3-florum. *Flores duo* Hermaphroditi, & *unus* Femineus. *Periant.* 4-fidum, planum, perſiſtens. *Stam.* 4, perſiſtentia, calyce longiora. *Styl.* coloratus. *Stig.* penicilliforme. *Sem.* 1, elongatum, in calyce ſitum.

1013. SALVADORA. *Linn.* 151.

Periant. 4-fidum: *Laciniis* revolutis. *Stam.* 4, reflexa. *Germ.* ſubrotundum. *Stig.* umbilicatum. *Bacca* 1-ſperma. *Sem.* rotundum, arillo veſtitum.

1014. OMPHALEA. *Linn.* 1166.

Monoic. Maſc. Periant. 4-phyllum: *Foliis* concavis. *Filam.* nullum. *Anth.* 2, vel 3, Receptaculo ovato inſidentes.

Fem. Periant. 4-phyllum: *Foliis* cordatis. *Germ.* parvum. *Styl.* calyce longior. *Stig.* 3-fidum. *Caps.* ovata, carnoſa, 3-locularis, 3-ſperma.

1015.

1015. URTICA. *Linn.* 935.

Monoic. Periant. 4-phyllum. *Nectarium* urceolatum, minimum, in centro floris ſitum. *Stam.* 4, patentia.

Fem. Periant. 2-phyllum, concavum, perſiſtens. *Germ.* ovatum. *Styl.* nullus. *Stig.* villoſum. *Sem.* 1, nitidum, intra calycem ſitum.

eſt interdum Dioica.

1016. PINUS. *Linn.* 956.

Monoic. Maſc. Amentum racemoſum. *Periant.* 4-phyllum: *Foliis* oppoſitis longioribus. *Filam.* numeroſa, longa, baſi in columnam coalita.

Fem. Conus ovatus, imbricatus. *Calyx Squama* 1-vel 2-flora, rigida, perſiſtens. *Germ.* minimum. *Styl.* ſimplex. *Nux* ſuperne alam membranaceam producens.

Abies ſub eo continetur.

1017. VISCUM. *Linn.* 979.

Dioic. Maſc. Periant. 4-partitum: *Foliis* ovatis. *Filam.* nullum. *Anth.* 4, oblongæ; ſingulæ calycis laciniæ ſingula adnata.

Fem. Periant. 4-phyllum, ſuperum, deciduum. *Germ.* 4-gonum. *Styl.* nullus. *Stig.* obtuſum. *Bacca* globoſa, glutine plena. *Sem.* 1, cordatum.

1018. TAXUS. *Linn.* 1006.

Dioic. Mafc. Periant. 4-phyllum, ex gemma factum. *Filam.* numerofa, in columnam concreta. *Anth.* peltatæ, 8-fidæ.

Fem. Periant. fimile. *Germ.* acuminatum. *Styl.* nullus. *Bacca* fucculenta, ex Receptaculo elongato facta. *Sem.* 1, longum, apice extra Baccam prominens.

1019. ORTEGIA. *Linn.* 49.

Periant. 5-phyllum, perfiftens. *Stam.* 3. *Germ.* 3-quetrum. *Stig.* capitatum. *Caps.* 3-gona, apice 3-fariam dehifcens, 1-locularis, polyfperma.

1020. NYSSA. *Linn.* 1028.

Periant. 5-partitum, fuperum, patens. *Stam.* 5. *Styl.* longus. *Stig.* oblongum, incurvum. *Drupa* ovata. *Nux* ovata, angulata, irregularis.

Flos. Mafc. in diftincta planta.

1021. ATRIPLEX. *Linn.* 1021.

Periant. 5-phyllum, concavum, perfiftens. *Stam.* 5, longiora. *Styl.* brevis, bipartitus. *Stig.* reflexa. *Sem.* 1, depreffum, in calyce 5-gono, clauſo reconditum.

Flos Fem. in eadem planta. Periant. 2-phyllo.

1022. CHENOPODIUM. *Linn.* 273.

Periant. 5-gonum, 5-phyllum, concavum, perfiftens.

siſtens. *Stam.* 5, foliis calycinis oppoſita. *Germ.* orbiculatum. *Styl.* 2-vel 3-partitus, brevis. *Sem.* depreſſum, in calyce 5-gono, clauſo.

1023. CERATONIA. *Linn.* 983.

Dioic. Maſc. Periant. 5-partitum, maximum. *Filam.* 5, longiſſima, patentia. *Anth.* didymæ, magnæ.

Fem. Periant. 5-dentatum, *Germ.* intra Receptaculum carnoſum. *Styl.* longus. *Stig.* capitatum. *Legumen.* magnum, compreſſum, pulpa repletum, iſthmis interceptum. *Sem.* ſolitaria, nitida.

1024. BUCIDA. *Linn.* 1135.

Periant. ventricoſum, obſolete 5-dentatum, ſuperum, perſiſtens. *Stam.* 10, longa, baſi calycis inſerta. *Anth.* cordatæ. *Styl.* longus. *Bacca* ovata, coronata, ſicca, 1-ſperma.

1025. DELIMA. *Linn.* 590.

Periant. 5-phyllum, perſiſtens: *Foliis* obtuſis. *Stam.* copioſa. *Germ.* ovatum. *Styl.* perſiſtens. *Bacca* acuminata, magna, 2-valvis, 2-ſperma.

1026. STERCULIA. *Linn.* 963.

Monoic. Maſc. Periant. 5-partitum, magnum, coriaceum, planum. *Stam.* numeroſa, brevia, baſi coalita.

Fem. Periant. ſimile. *Germ.* hirſutum, columnæ

insidens, Rudimentis staminum cinctum. *Styl.* brevis. *Caps.* orbiculata, 5-locularis, polysperma.

1027. AMMANNIA. *Linn.* 144.

Periant. campanulatum, 4-angulare, 8-plicatum, 8-dentatum, persistens. *Cor.* rara. *Petala* 4, calyci inserta. *Stam.* 4, brevia, calyci insidentia. *Styl.* breviſſimus. *Stig.* capitatum. *Caps.* subrotunda, 4-locularis, polysperma.

1028. ALCHEMILLA. *Linn.* 153.

Periant. tubulatum, 8-fidum, persistens: *Laciniis alternis* minoribus, patulis. *Stam* 4, brevia, calyci imposita. *Styl.* e germinis basi ortus. *Stig.* globosum. *Sem.* compressum in calyce clauso.

1029. CERATOPHYLLUM. *Linn.* 944.

Monoic. Masc. Periant. multipartitum. *Filam.* numerosa, minima. *Anth.* oblongæ.

Fem. Periant. simile. *Germ.* compressum. *Styl.* nullus. *Stig.* obtusum. *Nux* ovata, acuminata, nuda.

DIGYNIA.

1030. BUCEPHALON. *Linn.* 1096.

Periant. nullum. *Stam.* incerta. *Germ.* subrotundum. *Styli* duo, incurvi. *Drupa* 4-angularis. *Nux* oblonga, fragilis.

1031.

1031. QUERCUS *Linn.* 949.

Monoic. Maſc. in Amentum laxum diſpoſiti. *Periant.* 4-vel 5-fidum. *Segmentis* ſæpe bifidis. *Filam.* 5, 8, 10, breviſſima. *Anth.* magnæ.

Fem. Periant. hemiſphæricum, parvum, ſcabrum, integrum. *Germ.* minimum. *Styli* 2. vel 5, longi, perſiſtentes. *Nux* ovata, coriacea, baſi deraſa, 1-valvis.

1032. CANNABIS. *Linn.* 988.

Dioic. Maſc. Periant. 5-partitum: *Foliis* concavis. *Filam.* 5, breviſſima. *Anth.* oblongæ, 4-gonæ.

Fem. Periant. acuminatum, integrum, latere dehiſcens. *Germ.* minimum. *Styli* duo, longi. *Nux* ſubrotunda, 2-valvis, calyci arcte incluſa.

1033. HUMULUS. *Linn.* 989.

Dioic. Maſc. Periant. 5-phyllum: *Foliis* oblongis, concavis. *Filam.* 5, breviſſima. *Anth.* oblongæ.

Fem. Involucr. 4-phyllum, 8-florum. *Periant.* ovatum, magnum, oblique patens, integrum. *Germ.* minimum. *Styli* 2, patuli. *Sem.* 1.

1034. MYRICA. *Linn.* 981.

Dioic. Maſc. in Amento oblongo. *Calyx ſquama* lunata, 1-flora. *Stam.* 4, vel 6, brevia.

Fem. Amentum, & *Calyx* similia. *Germ.* subrotundum. *Styli* 2, longi. *Bacca* globosa, sæpe exsucca, 3-loba. *Sem.* unicum.

1035. CERATOCARPUS. *Linn.* 921.

Flores in alis ramorum. *Monoic. Masc. Periant.* 2-partitum, erectum. *Filam.* 1, longum. *Anth.* incumbens.

Fem. in alis foliorum. *Periant.* 2-phyllum, superum, adnatum. *Germ.* compressum. *Styli* 2. *Sem.* 1, compressum, bicorne.

1036. AXYRIS, *Linn.* 929.

Monoic. Masc. Periant. 3-partitum. *Stam.* 3.

Fem. Periant. 2-phyllum. *Germ.* subrotundum. *Styli* 2. *Sem.* 1, subrotundum, compressum.

1037. CORYLUS. *Linn.* 953.

Monoic. Masc. Amentum cylindraceum, longum. *Calyx squama* 3-fida, 1-flora: *Lacinia media* duplo latiore. *Filam.* 8, vel plura, brevissima. *Anth.* oblongæ.

Fem. remotus, gemmæ inclusus. *Periant.* 2-phyllum, parvum, lacerum. *Germ.* minimum. *Styli* 2, longi, colorati. *Nux* ovata, basi derasa, apice compressa.

1038. BLITUM. *Linn.* 14.

Periant. 3-partitum, patens, persistens. *Stam.* 1, longum, in latere situm. *Germ.* acuminatum. *Styli* 2, longi. *Bacca* succulenta, ex calyce immutato facta. *Sem.* 1, globoso-compressum.

1039.

1039. CLIFFORTIA. *Linn.* 1004.

Dioic. Maſc. Periant. 3-phyllum, patens: *Foliis* concavis. *Stam.* copioſa. *Anth.* oblongæ, didymæ.

Fem. Periant. 3-phyllum, ſuperum, perſiſtens: *Foliis* lanceolatis. *Germ.* oblongum. *Styli* 2, longi, plumoſi. *Caps.* oblonga, 2-locularis, 2-ſperma.

1040. MERCURIALIS. *Linn.* 998.

Dioic. Maſc. Periant. 3-partitum, patens, perſiſtens: *Foliis* concavis. *Stam.* 9, ad 12. *Anth.* globoſæ, didymæ.

Fem. Periant. ſimile. *Germ.* compreſſum, hiſpidum, utroque latere ſeta notatum. *Styli* 2, hirſuti, reflexi. *Caps.* didyma, 2-locularis, 2-ſperma.

1041. GALENIA. *Linn.* 443.

Periant. 4-fidum, parvum, perſiſtens. *Stam.* 8, brevia. *Germ.* ſubrotundum. *Styli* 2, reflexi. *Caps.* ſubrotunda, 2-locularis, 2-ſperma. *Sem.* angulata.

1042. MORUS. *Linn.* 936.

Monoic. Maſc. Ament. oblongum. *Periant.* 4-partitum: *Foliis* concavis. *Stam.* 4, longa, ad ſingulum calycis folium ſingulum. *Anth.* ſimplices.

Fem. interdum Dioic. *Ament.* oblongum. *Periant.* 4-phyllum. *Germ.* cordatum. *Styli*

2, longi, reflexi. *Bacca* succulenta, parva, ex calyce facta, 1-sperma.

1043. LIQUIDAMBAR. *Linn.* 955.

Monoic. Masc. in spicam dispositi. *Calyx comm.* 4-phyllus, inæqualis. *Stam.* numerosa, brevissima.

Fem. ad basin spicæ in globum congesti. *Calyx comm.* 4-phyllus. *Styli* in singulo germine duo. *Stig.* longa, recurva. *Caps.* singula 1-locularis, 2-valvis, polysperma.

1044. BETA. *Linn.* 274.

Periant. 5-phyllum, persistens. *Foliis* oblongis, concavis. *Stam.* 5. *Germ.* calyce cinctum. *Styli* 2, breviſſimi. *Sem.* 1, reniforme, intra substantiam calycis baseos situm.

1045. BOSEA. *Linn.* 280.

Periant. 5-phyllum, erectum: *Foliis* concavis. *Stam.* 4, calyce paulo longiora. *Germ.* oblongum. *Styli* 2, patuli. *Bacca* subrotunda, 1-sperma. *Sem.* acuminatum.

1046. CELTIS. *Linn.* 1012.

Periant. 5-partitum, patulum: *Foliis* ovatis. *Filam.* 5, brevia. *Anth.* oblongæ, 4-sulcæ. *Germ.* longitudine calycis. *Styli* 2, longissimi, pubescentes. *Drupa* globosa, 1-sperma.

Masc. in eadem planta Perianthio 6-partito. *Stam.* 6.

1047.

1047. CALLIGONUM. *Linn.* 601.

Periant. 5-phyllum, perſiſtens: *Foliis* oblongis, concavis. *Stam.* numeroſa, minima. *Germ.* ovatum. *Styl.* nullus, *Stig.* 2, obtuſa. *Sem.* compreſſum, ſtriatum, cruſta hiſpida tectum.

1048. APHANES. *Linn.* 154.

Periant. tubulatum, perſiſtens: *Limbo* 8-fido, plano. *Stam.* 4, minima, ori calycis impoſita. *Germ.* duo. *Styli* laterales. *Sem.* 2, ovata, compreſſa, calyce contenta.

1049. CARPINUS. *Linn.* 952.

Monoic. Maſc. Amentum cylindraceum. *Calyx Squama* oblonga, ciliata, 1-flora. *Stam.* copioſa, minima. *Anth.* compreſſæ.

Fem. Ament. oblongum. *Calyx Squama* villoſa, 2-flora. *Periant.* 6-fidum. *Styli* 2, in ſingulo germine. *Nux* ovata, angulata.

1050. EPHEDRA. *Linn.* 1007.

Dioic. Maſc. Amentum ex ſquamis paucis unifloris compoſitum. *Periant.* bifidum, parvum, compreſſum. *Filam.* 7, in columnam coalita. *Anth.* 3. ſuperiores, 4. inferiores.

Fem. Perianthia 5; horum *ſingulum* ſubovatum, bifidum. *Alterum* alteri impoſitum. *Germ.* duo. *Styli* breves. *Bacca* ſucculenta, ex calyce incraſſato mutata, 2-ſperma.

TRIGYNIA.

1051. PIPER. *Linn.* 42.

Receptac. inæquale inſtar Amenti. *Calyx* nullus. *Filam.* nulla. *Anth.* duæ, ad baſin germinis ſitæ *Germ.* ovatum, maximum. *Styl.* nullus. *Stig.* 3-plex, hiſpidum. *Bacca* rotunda, 1-ſperma.

1052. PROSERPINACA. *Linn.* 97.

Periant. 3-partitum, ſuperum, perſiſtens. *Stam.* 3, patula. *Germ.* maximum, 3-quetrum. *Styl.* nullus. *Stig.* 3, villoſa, longitudine ſtaminum. *Sem.* 3-quetrum.

1053. TRIPLARIS. *Linn.* 1111.

Periant. 3-partitum, patens, perſiſtens: *Laciniis* longis. *Stam.* 3, brevia. *Anth.* lineares, membranaceæ. *Germ.* 3-gonum. *Styli* 3. *Stig.* 3-quetra, villoſa. *Nux* ovata, 3-quetra, intra calycis baſin locata.

1054. ACALYPHA. *Linn.* 959.

Monoic. Involucr. magnum. *Maſc. Periant.* 4-phyllum: *Foliis* concavis. *Filam.* 8 ad 16, brevia, baſi coalita.

Fem. Periant. 3-phyllum, perſiſtens: *Foliis* ſubrotundis. *Styli* 3, ramoſi. *Caps.* ſubrotunda, 3-ſulca, 3-locularis, 3-ſperma.

1055.

1055. RICINUS. *Linn.* 962.

Monoic. Masc. Periant. 5-partitum, concavum. *Filam.* multa, basi ramose in varia corpora coalita.

Fem. Periant. 3-partitum, concavum. *Germ.* corpusculis subulatis tectum. *Styli* 3, bipartiti. *Caps.* undique aculeata, 3-sulca, 3-locularis, 3 valvis, 3-sperma.

1056. FAGUS. *Linn.* 951.

Monoic. Masc. in Amento. *Periant.* campanulatum, 5-fidum, vel 5-phyllum. *Stam.* circa 12.

Fem. Periant. 4-dentatum, vel 6-fidum. *Styli* 3. *Stig.* reflexa. *Caps.* magna, ex calyce facta, spinis mollibus armata, 1-locularis, 4-valvis. *Sem.* 2, vel plura.

Castanea hujus species est.

1057. EXCOECARIA. *Linn. pag.* 1288.

Dioic. Masc. in Amento nudo. *Calyx* nullus. *Stam.* 3.

Fem. in Amento. *Calyx* nullus. *Styli* 3. *Caps.* 3-cocca.

1058. CISSAMPELOS. *Linn.* 993. *pag.* 1298.

Dioic. Masc. Periant. 4-phyllum: *Foliis* lanceolatis. *Nectarium* rotatum in fundo calycis. *Filam.* 4, connata. *Anth.* distinctæ.

Fem. Periant. subrotundum, in ligulam integram

gram desinens. *Germ.* parvum. *Styli* 3, breves. *Bacca* subrotunda, 1-sperma.

1059. PISTACIA. *Linn.* 982.

Dioic. Masc. Amentum laxum: *Squamis* parvis, unifloris. *Periant.* 5-fidum, parvum. *Filam.* 5, minima. *Anth.* magnæ, 4-gonæ.

Fem. sine Amento. *Periant.* 3-fidum, minimum. *Germ.* calyce majus. *Styli* 2, vel 3, reflexi. *Stig.* hispida. *Drupa* ovata, sicca, monosperma.

Terebinthus huc pertinet.

1060. QUERIA. *Linn.* 101.

Periant. 5-phyllum, persistens. *Stam.* 3. *Germ.* subrotundum. *Styli* 3. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis, 1-sperma.

1061. MINUARTIA. *Linn.* 100.

Periant. 5-phyllum, persistens: *Foliis* subulatis. *Stam.* 3. *Germ.* oblongum. *Caps.* oblonga, 3-gona, 1-locularis, 3-valvis. *Sem.* nonnulla.

1062. TRIOPTERIS. *Linn.* 510.

Periant. 5-partitum, parvum, persistens. *Stam.* 10, inæqualia. *Germ.* 3-fidum. *Alæ* 6, Petaliformes, Germen cingentes. *Styli* 3, simplices. *Sem.* 3, singulum duplici ala membranacea instructum.

1063.

1063. ADELIA. *Linn. pag.* 1298.

Dioic. Masc. Periant. 3-partitum. *Filam.* numerosa, basi connata.

Fem. Periant. 5-partitum. *Styli* 3, laceri. *Caps.* 3-cocca.

1064. DATISCA. *Linn.* 1003.

Dioic. Masc. Periant. 5-phyllum: *Foliis* linearibus. *Anth.* 10, longissimæ, sessiles.

Fem. Periant. simile. *Germ.* calyce longius. *Styli* 3, breves. *Caps.* 3-gona, 3-cornis, apice pervia, 1-locularis, polysperma.

1065. SCHEUCHZERIA. *Linn.* 408.

Periant. 6-partitum, patens, persistens. *Filam.* 6, brevissima. *Anth.* longissimæ, compressæ, erectæ. *Germ.* 3, magna compressa. *Styli* nulli. *Stig.* 3, obtusa, Germini extrorsum adnata. *Caps.* 3, inflatæ, compressæ, 2-valves, 1-spermæ.

1066. FLAGELLARIA. *Linn.* 406.

Periant. 6-phyllum, persistens: *Foliis* ovatis. *Stam.* 6. *Germ.* minimum. *Styli* 3, persistentes. *Stig.* planiuscula. *Bacca* subrotunda, coronata, 1-sperma.

1067. RAJANIA. *Linn.* 994.

Dioic. Masc. Periant. campanulatum, 6-partitum. *Stam.* 6, calyce paulo breviora.

Fem. Periant. simile, superum, persistens. *Germ.* compressum. *Styli* 3. *Fructus* subrotundus, alam

alam maximam, inflexam emittens. *Sem.* 1, ſubrotundum.

1068. DIOSCOREA. *Linn.* 995.

Dioic. Maſc. Periant. campanulatum, 6-partitum. *Stam.* 6, minima.

Fem. Periant. ſimile. *Germ.* 3-gonum. *Styli* 3. *Caps.* magna, 3-gona, 3-locularis, 3-valvis. *Sem.* bina, margine membranacea.

TETRAGYNIA.

1069. RUPPIA. *Linn.* 161.

Spatha nulla. *Spadix* ſubulatus, floſculis diſtiche obſitus. *Filam.* nulla. *Anth.* 4, reniformes, 2 valves. *Styli* 4, capillares, quibus *Germ.* ovata inſident. *Stig.* ſimplicia. *Sem.* ſolitaria, corticata, pedicellata.

1070. TETRACERA. *Linn.* 604.

Periant. 6-phyllum, perſiſtens: *Foliis alternis* brevioribus. *Stam.* copioſa, perſiſtentia. *Germ.* 4. *Styli* breviſſimi. *Caps.* 4, reflexæ, 1-valves, 1-ſpermæ.

1071. ZANNICHELLIA. *Linn.* 920.

Monoic. Maſc. Periant. nullum. *Filam.* 1, longum. *Anth.* ovata.

Fem. juxta Maſculum poſitus. *Periant.* ventricoſum, bidentatum. *Germ.* plerumque 4, ob-

oblonga. *Styli* totidem. *Stig.* patentia, plana. *Sem.* 4, oblonga, cortice tecta.

1072. MYRIOPHYLLUM. *Linn.* 945.

Monoic. Masc. Periant. 4-phyllum, erectum: *Folium extimum* cæteris majus. *Stam.* 8, flaccida, calyce longiora.

Fem. infra Masculos. *Periant.* simile. *Germ.* 4, oblonga. *Styli* nulli. *Stig.* pubescentia. *Sem.* 4, nuda.

1073. SPINACIA. *Linn.* 986.

Dioic. Masc. Periant. 5-partitum: *Laciniis* oblongis, concavis. *Stam.* 5, longiora. *Anth.* oblongæ, didymæ.

Fem. Periant. 4-fidum, persistens: *Laciniis* oppositis minimis. *Germ.* subrotundum. *Styli* 4, capillares. *Sem.* subrotundum, intra calycem induratum.

PENTAGYNIA.

1074. AIZOON. *Linn.* 553.

Periant. 5-partitum, persistens. *Stam.* plura, sinui calycis per phalanges inserta. *Germ.* 5-gonum. *Styli* 5. *Caps.* ventricosa, 5-gona, 5-locularis, 5-valvis, polysperma.

1075.

1075. GLINUS. *Linn.* 537.

Periant. 5-phyllum, perſiſtens. *Filam.* aliquot Petaliformia, brevia, ſæpe coalita. *Stam.* 10. *Germ.* 5-gonum. *Styli* 5. *Caps.* 5-gona, 5-locularis, 5-valvis, polyſperma.

1076. ACNIDA. *Linn.* 987.

Dioic. Maſc. Periant. 5-phyllum, erectum: *Foliis* margine membranaceis. *Filam.* 5, breviſſima. *Anth.* magnæ, compreſſæ, bipartitæ, biloculares.

Fem. Involucr. polyphyllum, deciduum. *Periant.* 5-phyllum, parvum, perſiſtens. *Germ.* ovatum. *Styli* 5, longi, pubeſcentes. *Sem.* 1, compreſſum in calyce angulato, ſuccolento.

1077. ANTIDESMA. *Linn.* 985.

Dioic. Maſc. Periant 5-phyllum: *Foliis* oblongis, concavis. *Filam.* 5, longiora. *Anth.* ſubrotundæ, parvæ, bifidæ.

Fem. Periant. ſimile, perſiſtens. *Germ.* ovatum. *Styl.* nullus. *Stig.* 5. *Bacca* cylindracea, ſtigmatibus coronata, 1-ſperma.

PO-

POLYGYNIA.

1078. ARUM. *Linn.* 915.

Spatha ventricosa, magna, basi convoluta. *Spadix* clavatus, superne nudus. *Anth.* in medio spadicis sessiles; interpositis cirris. *Germ.* numerosa, ovata, inferne posita. *Styli* nulli. *Stig.* villosa. *Baccæ* globosæ, polyspermæ.

1079. ZOSTERA. *Linn.* 919.

Spatha est folium plantæ connivens. *Spadix* linearis, planus, altero latere fructifer. *Calyx* nullus. *Filam.* numerosa, brevissima, supra germina sita. *Anth.* oblongæ, incurvæ. *Germ.* compressa. *Styli* nulli. *Sem* ovata, cum staminibus alterna.

1080. CALLA. *Linn.* 917.

Spatha plana, vel cuculata, magna, superne colorata, persistens. *Spadix* digitiformis, floseculis tectus; quibusdam superne Masculis. *Calyx* nullus. *Filam.* brevissima, persistentia. *Anth.* truncatæ. *Germ.* subrotunda, intermixta. *Styli* brevissimi. *Baccæ* globosæ, 4-gonæ, polyspermæ.

1081. CUPRESSUS. *Linn.* 958.

Monoic. Masc. Amentum subrotundum : *Floribus* sparsis. *Calyx Squama* subrotunda, peltata, oppositа, 1-flora. *Filam.* nulla. *Anth.* 4, sessiles.

Fem. Strobilus subrotundus. *Calyx Squama* ovata, oppositа, 1-flora. *Germ.* vix conspicuum. *Styli* sunt puncta numerosa, intra squamam posita. *Fructus Conus* clausus. *Nux* parva, angulata, sub squama calycina sita.

1082. BATIS. *Linn.* 1172.

Dioic. Masc. Amentum pyramidale, 4-fariam imbricatum. *Calyx Squama* 1-flora. *Filam.* 4, squama longiora. *Anth.* subsagittatæ.

Fem. Involucr. 2-phyllum. *Germ.* plura, 4-gona, in capitulum collecta. *Styli* nulli. *Stig.* biloba, villosa. *Baccæ* connatæ, dispermæ.

CLAS-

CLASSIS XIX.

Flores Apetali Graminei.

MONOGYNIA.

Locusta	Numero		
Uniflora	1083	NARDUS	*Hermaphr.*
	1084	ZIZANIA	*Monoic. Calyx* nullus.
	1085	OLYRA	*Monoic. Calyx* 2 - valvis. *Stam.* 3.
	1086	PHARUS	*Monoic. Calyx* 2 - valvis. *Stam.* 6.
Biflora	1087	CENCHRUS	*Flos alter* Hermaphr. *alter* Masc. *Involucr.* Laciniatum.
	1088	LYGEUM	*Flores* duo in uno germine. *Spatha.*
	1089	ZEA	*Monoic. Stylus* longissimus.
	1090	COIX	*Monoic. Stylus* brevis, bifidus.
Multiflora	1091	CYPERUS	*Spica* distiche imbricata.
	1092	SCIRPUS	*Spica* undique imbricata. *Sem.* nuda.
	1093	ERIOPHORUM	*Spica* undique imbricata. *Sem.* lanugine tecta.
	1094	SCHOENUS	*Gluma* valvis pluribus imbricatis.
	1095	CAREX	*Monoic. calyx* squama 1-valvis in Amento imbricato.

Locusta	Numero		
Multiflora	1096	APLUDA	*Monoic. calyx* Gluma 2-valvis.
	1097	TYPHA	*Monoic. Masc. Periant.* 3-phyllum. *Fem. Calyx* est Pappus capillaris.
	1098	SPARGANIUM	*Monoic. Periant.* Masc. & Fem. 3-phyllum.

DIGYNIA.

Uniflora	1099	CINNA	*Stamen* 1.
	1100	ORYZA	*Stamina* 6.
	1101	PASPALUM	*Stam.* 2. *Calyx* Gluma rotunda.
	1102	ANTHOXANTHUM	*Stam.* 2. *Calyx* Gluma oblonga.
Stamina 3 *Calyx. Gluma* 2-*valvis*	1103	SACCHARUM	*Calyx* nullus, nisi lanugo.
	1104	CORNUCOPIÆ	*Involucr.* infundibuliforme, crenatum.
	——	ELYMUS	*Involucr.* 2-phyllum. *Spiculæ* geminæ - 1124
	1105	PANICUM	*Calyx* Gluma 3-valvis: *Valv.* tertia minore.
	1106	BOBARTIA	*Calyx* Gluma multivalvis.
	1107	PHLEUM	*Cal. Valvæ* æquales, truncatæ, apice bicuspidatæ.
	1108	PHALARIS	*Cal. Valvæ* carinatæ, longitudine æquales, corollam includentes.

DA-

Locusta

Numero

Stam. 3. Calyc. Gluma 2-valvis

Uniflora	1109	DACTYLIS	*Cal. Valvæ* carinatæ, obtusissimæ, inæquales.
	1110	ARISTIDA	*Cor.* 1-valvis, aristis 3 terminata.
	1111	ALOPECURUS	*Cor.* 1-valvis, arista unica.
	——	ARUNDO	*Cor.* mutica, basi lanugine tecta - - - - 1127
	1112	LAGURUS	*Cor.* 2-valvis. *Valv.* externa duplici arista terminata, una dorsali.
	1113	STIPA	*Cor.* 2-valvis. *Valv.* externa basi articulata, arista longa terminata.
	1114	ANDROPOGON	*Cor.* basi aristata. *Flos. Masc.* in eadem planta.
	1115	MILIUM	*Stigmata* penicillata. *Calyx* corolla major.
	1116	AGROSTIS	*Stigmata* longitudinaliter hispida. *Calyx* corolla minor.
Biflora	1117	MELICA	*Rudimentum* floscüli tertii.
	1118	SECALE	*Involucr.* diphyllum loco calycis.
	——	ELYMUS	*Involucr.* diphyllum. *Spiculæ* geminæ - 1124
	——	PANICUM	*Calyx* Gluma 3-valvis- - - - - - 1105
	——	AVENA	*Calyx* Gluma 2-valvis. *Valv.* externa aristam spiralem dorso gerens - - - - - 1132

Loculta	Numero		
Biflora	——	PHALARIS	*Cal.* 2-valvis. *Valv.* carinatæ corollam includentes - - - - 1108
	——	TRIPSACUM	*Cal.* Gluma 4-partita 1134
	1119	AIRA	*Floſc.* omnes Hermaphrod. ſine notis priorum.
	1120	HOLCUS	*Floſc.* Maſc. aut Fem. 1-florus, in eadem planta.
	1121	ISCHÆMUM	*Floſc.* Maſc. biflorus in eadem planta.
Multiflora	1122	CYNOSURUS	*Receptac.* unilaterale.
	1123	LOLIUM	*Involucr.* 1-phyllum. *Spicula* unica.
	1124	ELYMUS	*Involucr.* 2-phyllum. *Spiculæ* geminæ.
	1125	HORDEUM	*Involucr.* Partiale 6-phyllum, 3 florum.
	1126	TRITICUM	*Calyx* ſeſſilis. *Gluma* 2-valvis.
	1127	ARUNDO	*Floſculi* congeſti, lana cincti. *Cor.* baſi lanuginoſa.
	1128	UNIOLA	*Spicula* compreſſa. *Cal.* multivalvis, carinatus.
	1129	BRYZA	*Spicula* cordata, diſticha. *Cal.* valvis ventricoſis.
	1130	POA	*Spicula* ovata. *Cal.* valvis ovato-acuminatis.

Flores Receptaculi elongati denibus inſidentes

Flores vagi

AVE-

Locusta	Numero		
Multiflora	1131	BROMUS	*Spicula* oblonga, disticha. *Cal.* infra apicem aristatus.
Flores vagi	1132	AVENA	*Spicula* oblonga. *Cal.* valvula externa aristam spiralem dorso gerens.
	1133	FESTUCA	*Spicula* oblonga. *Cal.* valvis mucronatis.
Flor. Androgyni simul	1134	TRIPSACUM	*Monoic. Cal.* 4-florus.
	1135	ÆGILOPS	*Masc.* in eadem planta. *Cor.* 3-aristata.
	——	HOLCUS	*Masc.* in eadem planta. *Cor.* 1-aristata - 1120

TRIGYNIA.

1136	ERIOCAULOM	Cor. 3-petala.

CLASSIS XIX.

Flores Graminei cum ſuis Affinibus.

Culmus Articulatus. *Folia* lanceolata, longa, culmum vaginantia. *Flores* ſpicati, vel paniculati. *Locuſta* eſt Floſculus unus, aut plures in ſpiculam connexi, a cæteris ſejuncti. *Calyx* eſt *Gluma* ſæpius 2-valvis. *Valvula Externa* majore. *Corolla* eſt *Gluma* 2-valvis potiſſimum, perſiſtens. *Stamina* plurimis 3. *Semen* unicum, corollæ arcte incluſum.

MONOGYNIA.

1083. NARDUS. *Linn.* 65.

Calyx nullus. *Cor. Gluma* 2-valvis: *Valvula Externa* ventricoſa, ariſtata: *Interna* minore, baſi ariſtata. *Filam.* 3, brevia. *Anth.* oblongæ. *Germ.* oblongum. *Styl.* bifidus. *Semen* lineare longum, corollæ adnatum.

1084. ZIZANIA. *Linn.* 942.

Monoic. Maſc. Calyx nullus. *Cor.* 2-valvis. *Valv.* lanceolatis, muticis, amplexiçaulibus. *Filam.* 6, breviſſima. *Anth.* oblongæ.

Fem. Maſculis intermixti. *Cal.* nullus. *Cor.* 1-valvis, cuculata, nervoſa, ariſtata. *Styl.* bipartitus. *Stig.* plumoſa: *Sem.* oblongum, corolla horizontaliter dehiſcente involutum.

1085.

1085. OLYRA. *Linn.* 1168.

Monoic. Masc. Cal. 2-valvis, 1-florus: *Valv.* lanceolatis: *altera* arista terminata. *Cor.* 2-valvis, longitudine calycis, mutica. *Filam.* 3, breviſſima. *Anth.* oblongæ.

Fem. ſolitarius, terminatrix. *Cal.* 2-valvis: *Valv.* magnis, patulis, æqualibus. *Altera* ariſta terminata. *Cor.* minima, 2-valvis, mutica. *Styl.* bifidus. *Sem.* ovatum, cartilagineum, corolla involutum.

1086. PHARUS. *Linn.* 1169.

Monoic. Masc. pedunculatus. *Cal.* 2-valvis, minimus. *Cor.* longior, 2-valvis. *Filam.* 6, brevia. *Anth.* oblongæ.

Fem. ſeſſilis. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 1-valvis, longitudine calycis. *Styl.* ſimplex. *Stig.* 3. *Sem.* oblongum in corolla.

1087. CENCHRUS. *Linn.* 1017.

Involucr. laciniatum, echinatum, 2-florum. *Cal.* 2-florus: *Alter* Maſc. *Alter* Hermaphr. utrique *Cor.* 2-valvis: *Valv.* inæqualibus, muticis. *Stam.* 3. *Styl.* brevis, 2-fidus. *Stig.* piloſa. *Sem.* ſubrotundum.

1088. LYGEUM. *Linn.* 64.

Spatha monophylla, perſiſtens. *Cal.* nullus. *Flo. ſculi* bini unico Germini inſidentes. *Cor.* ſinguli 2-valvis: *Valv. interna* majore, bi-

fida. *Stam.* 3. *Styl.* integer. *Stig.* ſimplex. *Nux* 2-locularis, 2-ſperma.

1089. ZEA. *Linn.* 926.

Monoic. Maſc. in ſpica laxa. *Cal.* 2-florus, 2-valvis: *Valv.* oblongis, muticis. *Cor.* 2-valvis, oblonga, mutica. *Stam.* 3. *Anth.* 4-gonæ.

Fem. in ſpica denſa infra Maſculos. *Cal.* 2-valvis: *Valv.* ſubrotundis, brevibus, craſſis. *Cor.* 2-valvis. *Valv.* breviſſimis, latis. *Styl.* longiſſimus, filiformis. *Stig.* ſimplex. *Sem.* ſubrotundum, calyce, & corolla cinctum. *Receptac.* longum, pro ſeminibus excavatum.

1090. COIX. *Linn.* 927.

Monoic. Maſc. in ſpica laxa. *Cal.* 2-valvis, 2-florus: *Valv.* muticis: *Exteriore* craſſiore. *Cor.* 2-valvis: *Valv.* tenuiſſimis, muticis. *Stam.* 3. *Anth.* 4-gonæ.

Fem. ad baſin ſpicæ. *Cal.* 2-valvis, 2-florus: *Valv.* duris, nitidis. *Cor.* 2-valvis, mutica: *Externa* majore. *Styl.* brevis, bifidus. *Stig.* longa, corniculata. *Sem.* ſubrotundum in calyce oſſificato.

1091. CYPERUS. *Linn.* 61.

Spica diſtiche imbricata. *Cal. Squamæ* ovatæ, carinatæ, flores diſtinquentes. *Cor.* nulla. *Filam.* ſingulis 3, brevia. *Anth.* oblongæ, ſul-

ca-

catæ. *Styl.* 1, longiſſimus. *Stig.* 3. *Sem.* 3-quetrum, nudum.

1092. SCIRPUS. *Linn.* 62.

Spica undique imbricata. *Cal. Squamæ* oblongæ, flores diſtinquentes. *Cor.* nulla. *Filam.* 3, longa. *Styl.* longus. *Stig.* 3. *Sem.* 3-quetrum, nudum, villis brevibus tectum.

1093. ERIOPHORUM. *Linn.* 63.

Spica undique imbricata. *Cal. Squamæ* oblongæ, flores diſtinquentes. *Cor.* nulla. *Stam.* 3. *Styl.* brevis. *Stig.* 3, ſtylo longiora. *Sem.* 3-quetrum, villis ſpicula longioribus cinctum.

1094. SCHOENUS. *Linn.* 60.

Calyx Comm. 2-valvis, magnus, multiflorus, perſiſtens. *Cor.* 6-valvis, imbricata, perſiſtens: *Valv.* lanceolatis. *Stam.* 3. *Styl.* brevis. *Stig.* 3-fidum. *Sem.* ſubrotundum, nitidum, in corolla laxe connivente.

1095. CAREX. *Linn.* 928.

Monoic. vel *Dioic.* in ſpica imbricata. *Cal. Squama* lanceolata, concava, 1-flora. *Cor.* nulla. *Stam.* 3, longa.

Fem. in ſpica imbricata. *Cal.* Mari ſimilis. *Cor.* nulla. *Nectarium* oblongum, inflatum, 2- vel 3-dentatum, perſiſtens. *Styl.* breviſſimus. *Stig.* 2, vel 3, longa. *Sem.* 3-quetrum intra Nectarium magnum.

1096.

1096. APLUDA. *Linn.* 89. *pag.* 1383.

Calyx Gluma. 2-valvis, 3-florus. *Masc.* duo, pedunculati. *Cor.* 2-valvis, parva. *Stam.* 3. *Anth.* bilobæ, pubescentes.

Fem. 1, sessilis. *Cor.* 2-valvis, æqualis. *Styl.* pubescens. *Stig.* simplex. *Sem.* oblongum, intra corollam situm.

1097. TYPHA. *Linn.* 924.

Monoic. in Amento cylindraceo, densissimo. *Masc. Periant.* 3-phyllum, setaceum. *Stam.* 3. *Anth.* oblongæ, pendulæ.

Fem. numerosi infra Masculos. *Cal.* est *Pappus* capillaris. *Germ.* ovatum, setæ insidens. *Styl.* simplex, persistens. *Stig.* capillare. *Sem.* subrotundum, setæ impositum, stylo papposo terminatum.

1098. SPARGANIUM. *Linn.* 925.

Monoic. Masc. in Amento subrotundo, dense imbricato. *Periant.* 3-phyllum: *Foliis* linearibus. *Cor.* nulla. *Stam.* 3. *Anth.* oblongæ.

Fem. Amentum, & *Periant.* Maris. *Cor.* nulla. *Styl.* brevis. *Stig.* duo. *Drupa* turbinata, exsucca, stylo terminata, 2-sperma.

DI-

DIGYNIA.

1099. CINNA. *Linn.* 15.

Cal. 2-valvis, 1-florus: *Valv.* æqualibus. *Cor.* 2-valvis: *Valv. Externa* longiore, infra apicem arista brevi instructa. *Stam.* 1. *Styli* duo. *Stig.* plumosa. *Sem.* cylindricum in corolla.

1100. ORYZA. *Linn.* 404.

Calyx 2-valvis, 1-florus, minimus. *Cor.* magna, 2-valvis, æqualis. *Nectarium* 2-phyllum, parvum, planum, deciduum, ad latus germinis situm. *Stam.* 6. *Styli* 2. *Sem.* oblongum, utrinque striatum, intra corollam situm.

1101. PASPALUM. *Linn.* 1107.

Calyx 2-valvis, 1-florus. *Valv.* subrotundis, membranaceis, æqualibus. *Cor.* 2-valvis, calyci similis, mutica. *Stam.* 2. *Styli* 2. *Stig.* penicilliformia. *Sem.* subrotundum in corolla.

1102. ANTHOXANTHUM. *Linn.* 40.

Calyx 2-valvis, 1-florus: *Valv.* acuminatis, inæqualibus. *Cor.* 2-valvis. *Valv. utraque* dorso aristata. *Nectarium* diphyllum, tenuissimum. *Filam.* 2, longissima. *Anth.* bifurcatæ. *Styli* 2. *Stig.* simplicia. *Sem.* utrinque acuminatum in corolla.

1103.

1103. SACCHARUM. *Linn.* 68.

Flores vagi. *Calyx* nullus, cujus loco lanugo longa, 1-flora. *Cor.* 2-valvis: *Valv.* acuminatis, æqualibus, muticis. *Stam.* 3. *Anth.* oblongæ. *Styli* 2, cirrosi. *Sem.* oblongum, acuminatum in corolla.

1104. CORNUCOPIÆ. *Linn.* 67.

Involucr. infundibuliforme, magnum, crenatum, multiflorum. *Cal.* 2-valvis, 1-florus: *Valv.* æqualibus. *Cor.* 1-valvis, valvulæ calycinæ similis. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Stig.* cirrosa. *Sem.* turbinatum, hinc convexum, inde planum, corolla cinctum.

1105. PANICUM. *Linn.* 70.

Involucr. polyphyllum, 1-florum sæpe adest. *Cal.* 1- vel 2-florus, 3-valvis. *Valv. tertia* dorsali, minima. *Cor.* 2-valvis: *Valv.* inæqualibus. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Stig.* plumosa. *Sem.* subrotundum in corolla.

1106. BOBARTIA. *Linn.* 66.

Cal. multivalvis, subimbricatus, 1-florus. *Valv.* cylindricis. *Cor.* 2-valvis, parva, germini insidens. *Stam.* 3, brevia. *Styli* 2. *Sem.* oblongum, calyce contentum.

1107. PHLEUM. *Linn.* 71.

Cal. 2-valvis, 1-florus: *Valv.* linearibus, truncatis, apice bicuspidatis, æqualibus. *Cor.* 2-val-

valvis, a calyce obvallata: *Valv. externa* majore. *Stam.* 3, longa. *Styli* 2. *Stig.* plumosa. *Sem.* subrotundum, calyce, & corolla cinctum.

1108. PHALARIS. *Linn.* 69.

Cal. 2-valvis, 1-florus. *Valv.* carinatis, maximis, corollam includentibus, longitudine æqualibus. *Cor.* 2-valvis. *Valv. externa* majore, convoluta. *Stam.* 3, brevia. *Styli* 2. *Stig.* villosa. *Sem.* subrotundum, utrinque acuminatum, corollæ adnatum.

1109. DACTYLIS. *Linn.* 80.

Cal. 2-valvis, 1-florus. *Valv.* obtusis. *altera* majore, carinata. *Cor.* 2-valvis, calyce minor. *Valv. altera* majore. *Stam.* 3. *Anth.* bifurcæ. *Styli* 2. *Stig.* plumosa. *Sem.* subrotundum, hinc convexum, inde compressum, intra calycem, & corollam situm.

1110. ARISTIDA. *Linn.* 88.

Cal. 2-valvis, 1-florus. *Valv.* subulatis. *Cor.* 1-valvis, basi hirsuta, aristis tribus terminata. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* tenue, corolla circumdatum.

1111. ALOPECURUS. *Linn.* 72.

Cal. 2-valvis, 1-florus. *Valv.* compressis, æqualibus. *Cor.* 1-valvis, concava, dorso aristam longam sustinens. *Stam.* 3. *Anth.* bifurcæ.

Styli

Styli 2, longi, cirrosi. *Sem.* subrotundum, calyce cinctum.

1112. LAGURUS. *Linn.* 86.

Cal. 2-valvis, 1-florus. *Valv.* linearibus, patulis, seta villosa terminatis. *Cor.* 2-valvis. *Valv. externa* majore, duplici arista terminata, & una dorsali, reflexa: *Interiore* breviore. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Stig.* villosa. *Sem.* oblongum intra corollam aristatam.

1113. STIPA. *Linn.* 84.

Cal. 2-valvis, 1-florus. *Valv.* acuminatis, laxis. *Cor.* 2-valvis. *Valv. externa*, basi articulata, arista longa terminata: *Interna* mutica. *Stam.* 3. *Styl.* 2. *Sem.* oblongum intra corollam.

1114. ANDROPOGON. *Linn.* 1014.

Cal. 2-valvis, 1-florus. *Valv.* inæqualibus, muticis. *Cor.* 2-valvis, calyce minor. *Valv. majore* basi aristata. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Stig.* plumosa. *Sem.* calyce, & corolla cinctum.

Masc. pedunculatus in eadem planta.

1115. MILIUM. *Linn.* 73.

Cal. 2-valvis, 1-florus. *Valv.* ventricosis. *Cor.* 2-valvis, calyce minor. *Valv.* inæqualibus. *Stam.* 3, minima. *Styli* 2. *Stig.* penicilliformia. *Sem.* subrotundum, corollæ adnatum.

1116. AGROSTIS. *Linn.* 74.

Cal. 2-valvis, 1-florus. *Valv.* acutis, corolla paulo

lo brevioribus. *Cor.* 2-valvis. *Valv. majore* ſæpius ariſtata. *Stam.* 3, longa. *Styli* 2. *Stig.* longitudinaliter hiſpida. *Sem.* utrinque acuminatum, in corolla ſitum.

1117. MELICA. *Linn.* 76.

Flores vagi. *Cal.* 2-valvis, 2-florus. *Valv.* ovatis, æqualibus: *Rudimentum* floſculi tertii inter flores, quod eſt corpuſculum pedunculatum. *Cor.* 2-valvis, mutica: *Valv. una* concava, *altera* plana. *Stam.* 3. *Styli* duo. *Stig.* villoſa. *Sem.* ovatum in corolla.

1118. SECALE. *Linn.* 92.

Flores Receptaculi elongati dentibus inſidentes. *Involucr.* 2-phyllum, 2-florum, corolla brevius. *Cal.* nullus. *Cor.* 2-valvis: *Valv. externa* rigida, ariſta longa terminata: *Interiore* plana. *Nectarium* 2-phyllum, erectum. *Stam.* 3, longa, pendula. *Styli* 2. *Sem.* ſubcylindricum, corolla tectum.

Quibusdam Mares admiſcentur. Floſc. tertius pedunculatus ſæpe adeſt.

1119. AIRA. *Linn.* 75.

Flores vagi; omnes Hermaphrod. *Cal.* 2-valvis, 2-florus: *Valv.* acutis, æqualibus. *Cor.* 2-valvis, calyci ſimilis: *Valv. altera* ſæpe ariſtata. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Stig.* pubeſcentia. *Sem.* ſubovatum intra corollam.

1120. HOLCUS. *Linn.* 1015.

Cal. 2-valvis, 2-vel 3-florus: *Valv.* muticis. *Masc.* vel *Fem.* ad latus Hermaphroditi. *Cor.* 2-valvis, tenera. *Valv. exteriore* sæpe aristata. *Stam.* 2, vel 3. *Styli* duo. *Sem.* ovatum, corollæ adnatum.

1121. ISCHÆMUM. *Linn.* 1016.

Cal. 2-valvis, 2-florus. *Flosc. alter* Hermaphrod. *alter* Masculus. *Hermaphrod. Cor.* 2-valvis, mutica. *Stam.* 3. *Styli* duo. *Sem.* lineare, calyce, & corolla vestitum.

Masc. Cal. Cor. & *Stam.* ut in Hermaphr.

1122. CYNOSURUS. *Linn.* 81.

Flores Receptaculi elongati, unilateralis dentibus insidentes. *Involucr. Partiale* 3-phyllum, magnum, persistens. *Cal.* 2-valvis, multiflorus: *Valv.* linearibus, acuminatis, æqualibus. *Cor.* 2-valvis: *Valv. externa* aristata. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* oblongum, utrinque acuminatum intra corollam.

1123. LOLIUM. *Linn.* 90.

Flores Receptaculi elongati dentibus insidentes. *Involucr.* 1-valve, rigidum, spiculam cauli apprimens. *Cal.* nullus. *Cor.* 2-valvis: *Valv. externa* acuminata, convoluta. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Stig.* plumosa. *Sem.* oblongum, hinc convexum, inde sulcato-planum in corolla dehiscente.

1124.

1124. ELYMUS. *Linn.* 91.

Flores Receptaculi elongati dentibus insidentes. *Involucr.* 2-phyllum, quod aliquando abest. *Spiculæ* geminæ, 1-2-vel multifloræ. *Cal.* nullus. *Cor.* 2-valvis: *Valv. externa* majore, aristata. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* convexum, corolla tectum.

1125. HORDEUM. *Linn.* 93.

Flores Receptaculi elongati dentibus insidentes. *Involucr.. Partiale* 3-florum (quorum laterales non nunquam Masculi) 6-phyllum: *Foliis* linearibus: *duobus* floseulo singulo subjectis. *Cal.* nullus. *Cor.* 2-valvis. *Valv. externa* ventricosa, arista longa terminata. *Stam.* 3. *Styli* 2, villosi. *Sem.* ventricosum, utrinque acuminatum, inde sulcatum, corolla cinctum.

1126. TRITICUM. *Linn.* 94.

Flores Receptaculi elongati dentibus callosis imposiți. *Cal.* 2-valvis, sessilis, 3-4-vel 5-florus: *Valv.* acutis. *Cor.* 2-valvis: *Valv. externa* ventricosa, sæpe aristata. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Stig.* plumosa. *Sem.* oblongum, longitudinaliter sulcatum, intra corollam positum.

1127. ARUNDO. *Linn.* 87.

Flores vagi, congesti, lana cincti. *Cal.* 2-valvis, 1-vel multiflorus: *Valv.* acuminatis,

muticis. *Cor.* 2-valvis, acuminata, basi lanugine longa tecta. *Stam.* 3. *Styli* 2, villosi. *Sem.* oblongum, utrinque acuminatum, corollæ lanuginosæ adnatum.

1128. UNIOLA. *Linn.* 79.

Flores vagi. *Cal.* 6-valvis, multiflorus: *Valv.* compressis, distiche imbricatis. *Cor.* 2-valvis, calyci similis. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* ovato-oblongum, corolla tectum.

1129. BRIZA. *Linn.* 78.

Flores vagi. *Cal.* 2-valvis, multiflorus; Flores in spiculam cordatam, distichan colligens: *Valv.* ventricosis, cordatis, æqualibus. *Cor.* 2-valvis. *Valv. externa* ventricosa: *Interna* plana, minima. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* subrotundum, compressum, parvum intra corollam.

1130. POA. *Linn.* 77.

Flores vagi. *Cal.* 2-valvis, multiflorus; Flores in spiculam ovatam, distichan congesti: *Valv.* ovato-acuminatis. *Cor.* 2-valvis. *Valv.* calyci similibus, eoque longioribus. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* utrinque acuminatum, compressum, corolla tectum.

1131 BROMUS. *Linn.* 83.

Flores vagi. *Cal.* 2-valvis, multiflorus: Flores in spiculam oblongam, teretem, distichan coerciti: *Valv.* ovato-acuminatis, muticis.

Cor.

Cor. 2-valvis: *Valv. inferior* major, apice bifida, infra apicem arista recta instructa. *Interior* parva. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* oblongum, hinc convexum, inde sulcatum, corolla cinctum.

1132. AVENA. *Linn.* 85.

